



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Capvt Decimvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)



Quorum culpa non remittatur c. 12. dicam. Nunc conitit consequentiam eam hominis inconsiderati esse. Et si ignorantia ratio a quando est ignorantia, non tamen solis ignorantia peccantibus condonatur. Etiam scientium & malitiorum peccata remittuntur. Misericordia Dei omnem superante malitiam.

## VERSUS 35.

*Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in Synagogis eorum, & predicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.*

§. 1. Circuibat castella, *nepece, nepece* oppida sunt, & castella, tam quæ carent moribus, quam quæ habent. Syrus visitabat in vrbibus eorum omnibus & בקורא *Becurate, & vice.*

## VERSUS 36.

*Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem.*

## QUESTIO I.

*Cur turba vexata?*

§. 1. In commemoratione Apostolorum hæc leguntur. In Syro כרובא שלמה קדוש בדכורא דאשלה ב רaddische, In commemoratione Apostolorum Sanctorum, quo ex loco discimus vltim apud eos fuisse f. li SS. Apostolorum.

§. 2. Negligentia pastorum hoc loco reprehenditur omni. Syrus dicit *Leen* fatigatas, & *S. herin* desperas. Itaque *עסלללללללללל*, magna seu inima miseria.

Magna miseria carere vrbis Doctores.

seratione commotus est, Syrus *עסלללללללללל* se commotum in timore affectu, sunt autem *עסלללללללללל* viscerum, *עסלללללללללל* viscerum, ita Prou. 12. 10. *עסלללללללללל* viscerum crudelia, *עסלללללללללל* viscerum crudeliter, & Plal. 102. 4. *עסלללללללללל* viscerum misericordia.

## VERSUS 37. &amp; 38.

*Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum Messis, ut emittat operarios in messem suam.*

## QUESTIO I.

*Quæ Messis?*

§. 1. Messis tu haec audia audiendi verbi Dei, Dominus messis Pater celestis. Ioan. 25. 1. & ca. 21. 33. Marc. 12. 1. Non despectandum, si multi non veniant, quia nondum sunt maturi. Deus autem mittit, Gal. 1. 15. *Segregatus ab utero matris mee.*

Salutis Christus erat operarius, nam scribae malebant operarij. Tam misera ratio erat eius temporis, cum in tot proprias sectas, & gentibus religio quateretur. Contra Catholicos Pastores hinc omnes pene sectarij insurgunt. Eos aiunt non esse pastores, ut non erant, qui apud Iudæos se venditabant. Credo sanè fuisse tum multos in synagogis, alijsque locis, qui populum non instruerent, quod nunc quoque multi Catholicorum faciunt, qui plus in ecclis congerendis, quam curandis animis operam ponunt.

Non erant tum nulli boni pastores, sed pauci, & nunc et si negligentes sint multi, non tamen omnes. Hominum vita sunt, non ordinis, officij neglectus, peccata audias. Quod si aliquorum vitia totigeni sunt exprobranda, quid Caluinianis futurum est, quorum vix decimus quisque sincerus est, quorum pie ique commodi & licentia vitæ causa a nobis recesserunt, ad illos accesserunt.

## CAPVT X.

Mat. 1. b. 13.  
Luc. 6. b. 13.  
& 9. a. 1. &  
10. a.

Mat. 6. a. 3.  
Luc. 9. a. 3.  
& 10. a. 4.  
Act. 13. g.  
40.

Luc. 10. a. 3.  
Luc. 12. b. 1.

**E**t conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. 2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus: Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. 3. Iacobus Zebedæus, & Iohannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thaddæus. 4. Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. 5. Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. 6. sed potius ite ad oues, quæ perierunt, domus Israel. 7. Euntes autem predicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum cælorum. 8. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones eicite: gratis accepistis, gratis date. 9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. 10. non peram in via, neque duas tunicas, neque calcamenta, neque virgam, dignus enim est operarius cibo suo. 11. In quancumque autem ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete, donec exeatis. 12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. 13. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. 14. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. 15. Amen dico vobis, Tolerabilius erit terra Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicii, quam illi ciuitati. 16. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. 17. Caute autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilys, & synagogis suis flagellabunt vos. 18. & ad præsides, & ad reges ducemini propter me in testum omnium illis, & gentibus. 19. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. 20. non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. 21. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient. 22. &



22. & eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. 23. Cum autem persequerentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. 24. Non est discipulus super magistrum, non seruus super dominum suum. 25. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius: & seruo sicut Dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? 26. Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur: & occultum, quod non sciatur. 27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, pradicite super tecta. 29. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius time te, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. 29. Nonne duo passeret assere veniunt: & unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? 30. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. 31. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. 32. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego cum coram Patre meo, qui in caelis est. 34. Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. 35. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum & filiam aduersus matrem suam, & virum aduersus socrum suam. 36. & inimici hominis domestici eius. 37. Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus, & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. 38. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. 39. Qui inuenit animam suam, perdet illam, & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. 40. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. 41. Qui recipit prophetam in nomine prophete, mercedem prophete accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. 42. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli. Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

## IN CAPVT DECIMVM

## ARGVMENTVM.

**C**oncitata iam apud plerosque opinione de aduentu Messiae, omniumque animis erectis, Apostolos paulo ante vocatos, instructosque & miraculorum potestate donatos quaque versum dimittebat, ut plures ad salutem aduocentur. Nomina autem duodecim Apostolorum recenset, potestatem datam explicat. Deinde praecepta proponit. Ne alienigenas doceant, pacem offerant illis, quos accedunt, si reiciantur, puluerem pedum excutiant. Persecutiones praedicat, Perseuerantiam illis commendat, sollicitos de vita esse verat, fugam suadet, timere prohibet, eos Deo curae ostendit, Liberam confessionem exigit, dissidia secutura ostendit, omnia Deo postponenda, & suam cuique crucem ferendam monet. Denique asserit meriti magni esse recipere Apostolos: Cum vero paulo ante monuerit, ut rogaressent Dominum messis, quo mitteret in messem operarios, id nunc ipse sponte facit, ut ostendat se dominum messis esse, & humanae salutis benignum curatorem.

Prior pars capituli usque ad v. 16. pertinet ad titulum in fine c. 9. positum apud Syros. Quae sequitur ad versum 34. usque legebantur in commemoratione martyrum. Inde ad finem lectionis defunctorum.

## VERSVS I.

*Et conuocatis duodecim discipulis  
suis dedit illis potestatem spirituum  
immundorum ut eijcerent eos, &  
curarent omnem languorem, &  
omnem infirmitatem.*

## QUESTIO I.

*Quomodo duodecim Apostolos elegit?*

**M**arcus ait, ascendisse in montem, & vocasse ad se, quos voluit ipse: & venerunt ad eum. & fecit ut essent duodecim cum illo. & Marc. 6. 7. Misit binos. Apud Lucam 6. 13. cum in montem ascendens pernoctasset in oratione Dei, cum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. quos Luc. 9. 1. mittit, postea designauit alios 70. & misit binos.

**S. 2.** Duodecim misit, nec causa magnopere querenda: quia in omni numero quæri posset, quia tamen duodecim tribus, & duodecim Patriarchae cau-

sa rationabilis, & mysterio consentanea est. Signabant Apostolos duodecim bones mare aeneum portantes, 3. Reg. 7. 25. Portae duodecim, Ezechielis 48. 31. Panes propositionis duodecim, Exod. 25. 30. Lapidis duodecim in Iordanem positi, & in ornamento sacerdotis summi: multoque clarius impletum ostendit ciuitas Dei in Apocalypsi.

## QUESTIO II.

*Quae data potestas Apostolis?*

**S. 1.** **D**edite eis potestatem spirituum immundorum, hoc est κατὰ τὴν πνευματικῶν, contra Spiritus. Lucas ait δύναμιν καὶ ἐξουσίαν πνευματικῶν καὶ τῶν δαιμονίων. Syrus quoque particula ܥܕܐ ghalvitur. in quibusdam Graecis est κατὰ.

Hilarius potestatem datam demoniorum eijs dicitur: Immunda erant moribus, incitatione ad immunditiam loca immunda amant. Hier. de filio prodigo, Aug. de vita beata. Victor. Antioch. in Marc. 1. 23.

Hinc apparet Apostolos ita missos esse, non ut timendi populis essent, sed ut benefici & grati, tyrannide demoniorum, & morborum difficultatibus liberarent omnes. Nulli etiam improbo nocerent. Necesse erat homines rudes ad impios, versutosque cum potestate

DAMIS GUTT  
113  
Evangeli  
CVI  
18



*Miracula necessaria.* potestate miraculorum mitti; non enim fidem alio modo conciliare possent. Itaque & Moyses, alique sunt potestate signorum instructi.

§. 3. Bullingerus iam concionatoribus concessum ait, ut *demonibus ex animis pellant, & animorum morbos sanent.* Haud recte sane; si enim nouam doctrinam, & quidem contrariam adferant, miraculorum opus est conflagratione. Itaque inepre Piscator, nullo iure à suis postulari putat *miracula, cum doctrina eorum à Christo, & Apostolis abunde sit miraculis confirmata.* Nam præterquam quod omnes Sectarij idem asserunt, de tā diuersa doctrina, constat nouitatem inductam in veterem doctrinam: cum enim nemo hæcenus eam Apostolorū dictorum sententiam esse iudicari, necesse est, ut aliquo signo probent veram esse. Nempe in Eucharistia Christus dixit esse corpus suum & sanguinem; illi figuram aiunt esse. Miraculo Christus vel Apostoli confirmarunt, corpus Christi non figuram corporis Christi, nulli nisi pauculi hæretici id crediderunt. Nunc ut hoc nouum, à Christo & Apostolis non dictum credam, miraculum requiro.

Cum igitur nouitas suspecta sit, opus est miraculis. Maiore se iure Apostoli tueri sine miraculis poterant, cum non multa alia illi, quam quæ prophetæ dixerant, docuerint. Nam ipsi aduersarij aiunt, Christum nihil nisi ex Prophetis docuisse. Interdum septuaginta Apostoli appellantur ab Irenæo & Tertulliano, alijque: verum hic de Apostolis proprie dictis agitur, qui etiam miraculis clauerunt. Si igitur sibi fidunt, vel in muliere *μαρτυρίαν*, vel in viro *ἀδελφείαν*, aut quodcunque morbi genus curent, & nouitatem aliquod testimonium adferant, ne iure damnetur.

§. 4. Potestatem befarium diuidit, in eam, qua immundi Spiritus pelluntur, & eam, qua morbi & infirmitates depelluntur, utraque magna; & tum admodum noua.

§. 5. Spiritus substantiæ immateriales, simplices intelligentiæ, naturā mundissimā, malitiā vero, & peccato penitus immundi. Describuntur ab Hieron. *ad Damasum de filio prodigo.* Augustino de *vita beata, diff. diu. secunda.* Spiritus vero est celer, vehemens, fortis, Qualis i. Regum. 16. & 3. Reg. 22. Act. 19. Apocal. 23. Luc. 3. describitur. Immundus sua concientia, quodque ad mala impellat. Satan dicitur cum aperte se Deo, & conatibus piorum opponit: diabolus cum astu, fraude, calliditate aduersatur. Ita Arias Montanus libro de arcano sermone, seu Ioseph. Porro quod etiam Tostanus Calvinianus, & David Chytræus Lutheranus, negant sibi opus esse miraculis, quod nouam doctrinam non adferant, sed eam quæ ab Apostolis allata, & probata est, improbe faciunt; nam eodem modo dicere & illi poterant, se à Prophetis prædicta, non autem noua adferre.

*Apostoli noua quædam docuerunt.* Verum eorum noua fuisse non dubito, & consentit Calvinus l. 4. c. 3. §. 5.

[Tamen enim, ait, ex ratione & etymo verbi rite Apostoli possunt vocari omnes ministri Ecclesiastici, quia à Domino omnes mittuntur, eiusque sunt nuntij: quia tamen magni referebat, certam haberi de eorum missione noticiam, qui rem nouam & inauditam afferrent, duodecim illos (quorum numero postea accessit Paulus) peculiari titulo ante alios insigniti oportuit.]

§. 6. *Omni infirmitatem*, Græcis νόσον & μαλακίαν appellat; Etenim quia nulla doctrinæ, & potentia commendatione insignes erant Apostoli, noua etiam adferrent; oportere baptizari, iam aduenisse regnum cælorum, fidem legationi fecerunt operibus admirabilibus, non tamen eis, quæ ostentationem haberent, aut terrorem incuterent, sed

quæ Euangelio gratiæ essent consentanea, quibus homines adiunuerentur. Non est tamen negandum eos quoque alia potestate præditos, quæ impios contumacesque interdum punirent. Ea tamen vbi non videntur eo tempore. Nam postea demum Petrus Ananiam & Sapphiram occidit, Paulus fornicarium satana tradidit in interitum carnis.

Quod in hoc versu nonnulli legunt κατὰ πνεύματος, vnius libri auctoritate firmat Lucas Burgenis, sed subintelligendum non legendum monet, apud Lucam est ἐν, ut dixi. Quod itidem quædam exemplaria habent πνεύματι μακαρίαν ἐν τῷ λαῷ, non est huius loci, sed ex c. 4. 23. translatum huc est.

### QVÆSTIO III.

An non sint alij audiendi, quam à Christo missi?

§. 1. *Insigne argumentum* Tertullianus l. de præscriptionibus aduersus hæreses ex hac missione concludit. Nemo enim sibi potestatem sumit, nisi ordinaria, vel extraordinaria potestate missus; cum nemo sibi ipse det potestatem. Sed Tertullian. auctoritate inuocat, omnis enim hæresis pudentia primordia & flagitijs & impostura sortita est, ex se orta.

Omne genus ad originem suam censetas, necesse est. Itaque tot ac tanta Ecclesia, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes prima, & omnes Apostolica, dum vnam omnes probant unitatem. Communicatio pacis & appellatio fraternitatis, & conuersatio Hospitalitatis, quæ ratione non aliaratio regit, quam eiusdem Sacramenti vna traditio. Hanc igitur dirigimus præscriptionem. Si Dominus Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, alios non esse recipiendos prædicatores, quam quos Christus insinuit, quia dicitur nec alius patrem nouit nisi filius, & cui filius reuelauit, nec alius videtur reuelasse filius, quam Apostolis, quos misit ad prædicandum, utique quod illis reuelauit. Quod autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit; & hic præscribam non aliter probari debere, nisi per eandem ecclesiam, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando, tam vna, (quod aiunt) voce, quam per epistolam postea. Si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam quæ cum illis Ecclesiæ Apostolicis matricibus, & originalibus fidei conspiret, veritatem reputandam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesia ab Apostolis, illi, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit: reliquam vero omnem doctrinam de mendacio prædicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum, & Apostolorum, & Christi.

Merito igitur Quintinus Tertulliani interpretes eos non iudicat Christianos, qui aliter sentiunt. Eadem mens est Irenæi l. 3. contra hæreses. c. 3.

§. 2. Salutis igitur fundamentum est, missio Euangelizantium, fidem præstuar legatus, si audiri desiderat. Non credimus legatos Dei, nisi se missos edoceant. Ordinariam missionem nullam habent. Nouam & extraordinariam signis probare oportet. Respondet Pareus ad Roman. cap. 10. f. 14. dubio 11. Ordinem esse eum, ut pastores eligantur, vocentur, & mittantur à Presbyterio Ecclesiæ. Ab hoc autem nostri præcones eliguntur & vocantur. Legitimè igitur.

Hoc recentiores utcumque dicere, & impiam presumptionem palliare possunt: veteris enim Ecclesiæ quadam imitatione ludibria missionum exerceant. Non tamen Zwinglij, Caluini, aliorumque factilegia illo sipario contegi possunt. Non enim erat Presbyterium hominum profanorum, non conspiratio consistorialis, quæ illi mitterentur, primum illi proruperunt, plebes abduxerunt, & secessionem facta alios mittere cœperunt, nulla



nullo autem effectu, qui enim ipsi missi non fuerunt, qua auctoritate alios mittere potuerunt? Nec vero presbyterij est vlla in missione potestas; quis enim illud vocauit: quis ordinauit: quis potestatem Episcopos faciendi donauit? Tota igitur missionum congregatio contra ius diuinum est, & ipso facto nullum, irritumque: non minus, quam rebellio magnatum, creatio directorum, acta directorum, comitiorum habendorum præsumptio, atque adeo noui regis electio. Nec villo modo satisfacere possunt. Non enim fuit Ecclesia Caluiniana ante Zwinglium, non igitur præconem vocare potuit, à se ergo venit. Signis igitur, & virtutibus ostendere oportuit, à Deo se missum.

## VERSUS 2. 3. 4.

*Duodecim autem Apostolorum nomina, sunt hæc: Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus & Bartholomæus, Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphaei, & Thaddæus, Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum.*

## QVÆSTIO I.

*Quomodo Primus Simon Petrus?*

§. 1. Auctarij Ecclesiasticæ Hierarchiæ, & ordinationis diuinæ interurbatores, varias conseruauit causas, cur primo loco ponatur. Piscator ait esset: *Secundus, tertius.* Id vero idcirco fieri quod primus sit vocatus. Non tamen verum est, quod ipse putat: quin & Beza in errore est, ideo primū vocari quia sit primus vocatus: Nam Andreas prior est vocatus, Ioan. 1. 40. & 41. Ille enim inuenit Petrum & adduxit ad Iesum. Insuper tamen Beza, & vt Pontificem loco pel-  
lat, Petro *τῷ πρῶτῳ* abrogare conatur [Primus, *τῷ πρῶτῳ*]. Quid si hoc vocabulum ab aliquo additum est, qui Petri primatum vellet stabilire, nihil enim sequitur, quod cohereat. Sed tamen hoc idem obseruauimus alibi vsurpatum similitudine, vt dicimus Marc. 3. 16. Sed & reperimus ita scriptum in omnibus exemplaribus, & Theophyl. Romano, qui dicitur admoneri Primo idcirco recenseri Petrum & Andream, quod essent *πρῶτοι ἀποστόλοι*. In hoc autem ordine nihil mysterij latere, vel illud declarat, quod Marc. 3. & Luc. 6. idem prorsus ordo non obseruatur: & hoc etiam loco in veteri translatione. Philippus & Bartholomæus Iacobo & Ioanni præponuntur. Sed & apud Paulum ipsum Gal. 2. 9. Iacobus Petro præponitur: vt plane sint ridiculi, qui volunt hoc argumento tyrannidem Antichristi confirmare: etiam si primatum inter Apostolos libenter concedimus Petro, sed ordinis inter pares, non gradus supra inferiores.]

Respondeo maleuolam esse Bezae suspicionem: ne dicam impiam, qua sceleratio facta scripturam corrigit. Cum enim in omnibus Latine, Syris, atque adeo omnibus Græcis sit particula, *πρῶτος*, hominis infidelis est in dubium vocare, quod hæcenus omnibus

Ecclesia legit. Nullam enim vllius linguæ exemplar ostendere potest, in quo non legatur *πρῶτος*, & in Syro *ܡܪܝܬܐ* Kadmahum, non igitur odio pontificis eo est procedendum, vt verbum Dei mutetur.

§. 2. Caluinus moderatius: nec enim scripturam inficiatur, nec primatum inter Apostolos Petro detrahit, tantum in totum orbem eius iurisdictionem negat pertingere. [Insuper, inquit, Romanenses primatum suum hinc eliciunt. Primum inter Apostolos fuisse Simonem Petrum libenter fatemur: Sed quod inter paucos homines valuit, ad totum orbem extendere nulla ratio patitur. Adde quod qui primus numeratur, non ideo protinus inter suos collegas dominium habet. Iam vt omnia illis quæ postulant de Petro demus, donec impios & sacrilegos apostatas Petri successores esse probent, eius dignitas nihil ad Romanam sedem.]

Non extorquet nobis illud testimonium insulsus arguator. Nos enim Petri primatum, hoc ipso quod inter Apostolos fuit, ad vniuersum orbem extendimus: Nam Apostolis cura totius orbis, cum potestate spiritali commissa est, eius igitur potestas quæ in omnes totius orbis pastores fuit, etiam in omnem orbem fuit. Quos enim ille paucos homines agnoscit, nos vero eos velut totius Ecclesiæ Patriarchas veneramus, quibus qui præest, etiam toti Ecclesiæ præest. Ipse Caluinus Patriarchis Apostolos cõfert [Postea ait, factum est Sion sceptrum virtutis filij sui longius emitteret, vt manarent ex fonte illo fluuij qui largirentur quatuor mundi plagas. Tunc vndique Deus Israel suum collegit, vt coalescerent in vnu corpus non tantum dispersa & lacerata membra, sed homines qui ante prorsus alieni fuerant à populo Dei. Non ergo frustra Dominus duodecim veluti Patriarchas constituens, Ecclesiæ renouationem testatus est.]

Petrus igitur cum sit Patriarcharum quidam Patriarcha, seu primus Patriarcharum, eius dignitatem toto orbe eminentissimam esse conficitur. Atque hoc ipso quod supereminet Apostolis, eorum etiam subditis, quibusque præfectus est.

§. 3. Alterum Caluini *κεφαλῆ* est: Non ideo Petro dominium concedi, et si primus sit. Respondeo, abuti illum nomine Domini, nec eum proprie Dominum aliorum, sed principem Apostolorum, nec principem more regum gentium, sed Ecclesiasticum dicimus, eum vero primatum consequitur potestas in alios: Nam optime docet Adrianus Sarania in colloquio cum Beza, nō posse fieri, quin sint eorum etiam annui, & mensuri prædices cū aliqua potestate. Hinc potestatem eam veteres agnouerunt. Leo ad Anastasium Episc. Thessalon. ait. *Inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quadam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt ceteris præmineret, de qua forma Episcoporum est orta distinctio.*

Et Greg. Magn. l. 4. Epist. 38. Certe 1. Cor. 6. Christianos Paulus arguit, quod si quis aliquem iudicis non præficerent, quod signum erat potestatis: nec illegitime vsurpasse Apostolum vllus dixerit. Et Aug. ad Bonif. l. 3. c. 3. *Apostolus cum dicitur, si non exprimitur quis Apostolus, non intelligitur nisi Paulus, quia pluribus est epistolis notior, & plus omnibus laborauit. Si principatum inter Apostolos spectas, Petrus dicitur princeps Apostolorum, quia insistentis est à Christo caput & Pastor ouium.*

Quin & Origenes in c. 6. ad Rom. summā illi tribuit rerum: & Cyrillus Alexand. apud D. Thomam contra Græcos, ait à Christo soli Petro quod suum est plenū datum. Eucherius Lugdunensis, Paulum præcipuum, sed Petrum primum appellat, Eusebius l. 2. Historiæ Os Apostolorum c. 4. vocat omnium *κεφαλῆ*, os & aduocatum. Hinc eorum Petrus in Ephesino concilio alijsque primus & sedet, & nominatur.

mina-



minatur, diciturque habere *ἐξουσίαν* τὸν ἐκκλη-  
σίαν, curam omnium Ecclesiarum. Cum igitur hac in na-  
ue, quæ est Ecclesia, summus sit ordo, non modo ho-  
noris, sed etiam potestatis, ne sit *ἀρχιεπίσκοπος*, vel *ἐπίσκοπος*  
in spiritali republica, necesse est nauarchum  
vnum esse à quo ceteri mandata accipiant. Et si au-  
tem in quibusdam sit maior sanctitas vel eloquentia,  
vel etiam scientia, quod nobis iudicare licitum  
non est, maior tamen in Petro est principatus & po-  
tentia. Quod vero addit Calvinus, Papam apostatam  
esse, id alio loco disputandum est, nunc opus est, ut di-  
cat, quis, & à quo, apostasia peccat: Vbi fuerit Cal-  
vinus, à quibus exiit, orbi vniuerso notum est;  
quis Pontificum à Petro discesserit ne ipsi quidem e-  
dicere possunt. Peculiari autem modo primus dicitur,  
non ætate, non vocatione, nec ab vno, sed pluri-  
bus Euangelistis, à ceteris Apostolis: itaque vere pri-  
mus est. Et quamuis in alijs varient Euangelistæ ordi-  
nem, in Petro tamen & Iuda constanter obseruant,  
ut hic vltimus sit, ille primus.

Primus  
Pontifex  
Apostata  
indicant-  
dus est.

Petrus non  
casu pri-  
mus.

Calvinus  
calumni-  
ando se  
prodit.

Pontifex  
scripturæ  
interpre-  
tatur.

§. 4. Obijciunt nonnulli locum ad Galat. c. 2. 9.  
Sed eo de loco tum dicam cum illam epistolam expli-  
caro. Nunc satis est eo loco ordinem illum esse du-  
bium, Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus Pet-  
rum ibidem proponunt. Nec vero Spiritus S. prou-  
identiam satis expendunt, qui arbitratu casu primo  
loco positum quod primus occurreat, quod quidem  
dici non potest, si vel Euangelistas, vel Spiritum San-  
ctum, qui memoriam Euangelistarum, manumque  
moderabatur, spectemus. Spiritus S. qui capillos om-  
nium Apostolorum numeravit, & suo ordine dis-  
posuit, idem etiam principum orbis terræ, imo Ec-  
clesiæ seriem distinxit, non casu hunc primum, illum  
vltimum fecit, atque ut ita scriberet, Euangelistam  
permonit. Primum itaque Petrum dixit, quia ut in-  
quit D. Chrysost. *Apostolorum omnium primus, & quasi  
vertex indoctus ille fuit, & rudis: ut etiam D. Hierony-  
mus contra Iovinian. c. 14. monet. Alia huius gene-  
ris videat lector apud Bellarminum de pontifice lib.  
1. c. 17. 18. 19. ut appareat, quam effrons sit Calvinus,*  
quid quod tota antiquitas docuit, *insulse dicat à Pa-  
pistis affirmari.* Quibus verbis, & sibi plurimum obest,  
& nobis prodest. Obest sibi, quia tot doctissimos,  
sanctissimosque, atque Synodorum centurias insul-  
satis accusanti stigmatiæ nemo crederet. Prodest no-  
bis, quia totam Ecclesiam veterem, hoc est, Episco-  
pos, martyres, Synodos, eorumque consortes Papi-  
stas appellat: illorum enim sententiam nos posteri se-  
quimur.

§. 5. Multo proteruius veritati antiquæ, eiusque  
testibus Chytræus insultat. [Romanus, inquit, verò  
Pontifex prætextu clauium Tyrannidem arripens &  
scripturæ interpretandæ potestatem sibi arrogans, ve-  
rè quod in veteri proverbio est: *τὴν ἀρχὴν ἐλάττει ὁ ἄρχιεπίσκοπος*,  
Clauē ligna fin dir, securi  
autem ostium aperit.] Hæc ille immeritum in Ponti-  
ficem, à quo merito damnatus est.

Non est tyrannus, sed legitima potestas monendi,  
reprehendendi, excommunicandi, qua pontifex uti-  
tur, & potestas scripturæ interpretandi. Si enim illa  
est in Pontifice tyrannis, cur non in alijs, vel ortho-  
doxis, vel Heterodoxis. Illi enim interpretandi, &  
Prophetandi libertatem prætendunt, alios ab analo-  
gia, & interpretatione sua alienos condemnant, ac  
anathematizant. Si datum est Pontifici iudicium, si  
clauis; de interpretibus scripturæ decernere de-  
bet, nec excommunicare nisi cognorit, iudicaturque.

§. 6. Virgunt tamen Chrysostomi in hunc locum  
expositionem, dicere eum diserte non *seruari hic digni-  
tatis ordinem.* Mihi videntur non perpendisse verba  
Chrysostomi, nec sensum percepisse, Chrysostomi

verba sunt. Erat enim alter etiam Simon, qui Cananæus di-  
cebatur. Similiter Iudas alter Iscariotes, alter Iacobi. Iacobus  
etiam eodem modo, alter Alpha, alter Zebedi. Et Marcus qui  
idem ex dignitate ipsos ordine collocauit. Post duos enim, qui  
apicem Apostolatus tenuerunt, Andream posuit, hic vero haud  
ita, sed indifferenter. Immo vero etiam Thomam, se quidem mul-  
to inferiorem, priore loco & ante se numerauit. Sed inficiamus  
à principio Apostolorum catalogum. Primus Simon qui di-  
citur Petrus, & Andreas frater eius. Non parua laudem his at-  
tribuit, cum alterum à virtute, alterum à nobilitate morum  
appellauerit. Deinde, inquit, Iacobus Zebedi, & Ioannes frater  
eius. Vides non ex dignitate ipsos numerari: nam mea quidem  
sententia, Ioannes non solum illi qui post illum numerantur,  
verum etiam fratre maior erat.

Non de ordine Petri, sed aliorum loquitur, eosque in-  
ter se confert, non cum Petro. Cuius rei evidentè ratio-  
nem ostendo. Nam ait Marcum ex dignitate Apostolos  
collocasse, ergo Petrus cum sit apud Marcum primus non  
ex dignitate primus est: igitur & apud Matthæum, a-  
pud quem semper primus est, & dignitate sua primus  
est. Deinde si Chrysostomi suffragor es diuimeda est,  
facilis est conclusio. Petrus apud Marcum dignitate  
primus est, ut iudicat Chrysostomus, ergo Chryso-  
stomi iudicio est primus dignitate. Tertio, non fieri  
comparationem aliorum & Petri, verba Chrysosto-  
mi clarissimè indicant: *Post duos qui apicem Apostolatus te-  
nuerunt Andream posuit: hic vero haud ita, sed indifferenter.*  
Apud Marcum c. 3. 16. & 17. Primus est Petrus, deinde Or-  
thodoxus Zebedi & Ioannes: quartus est Andreas, Marcus  
quem dicit Chrysostomus *post duos qui apicem tenu-  
erunt*, itaque Petrum excludit: nam si illum compre-  
henderet, post tres qui apicem tenuerunt Andreas poneretur.  
Petrus igitur ut caput omnium extra membrorum  
comparationem ponitur. Itaque sententia Chryso-  
stomi omnino Catholica faveat, præsertim cum ille a-  
lijs in locis Petro primatum tribuat.

## QVÆSTIO II.

Quæ hoc loco calumniatur Volfstan-  
gus Musculus?

§. 1. AD hoc exemplum Christi fingitur pontifex  
Romanus duo denarium numerum in elige-  
dis sibi Cardinalibus, quos Apostolorum loco habe-  
ret, seruasse. Nam ex hoc loco fenatim istum purpu-  
ratorum defendit quidam in suis locis. Quamquam  
pari est Romano pontifici duodecim Apostolos ha-  
bere, proinde longe vltra illum numerum excessit, ut  
quemadmodum in reliquis Christi tenuitatem supe-  
rat, ita & hoc loco vincat. In Decretalib. Greg. de offi-  
Archiep. in glossa sic legitur: *Cardinales dicuntur à  
cardine, quia sicut in cardine regitur ostium, ita per  
Cardinales regitur vniuersalis Ecclesia.* Sed o bone  
Deus quam bene ageretur cum Ecclesia Christi, si  
Cardinalibus istis liberaretur.]

Respondeo Cardinales non esse Apostolorum suc-  
cessores, nec velut Apostolos esse adscitos; non enim  
Cardinales Episcopi sunt omnes, & qui Episcopi, non  
ideo sunt Episcopi, quia sunt cardinales, ideo nec suc-  
cessores Apostolorum, qua Cardinales. Nec enim Pon-  
tifex est Christi, sed Petri successor. Cardinales vero  
consiliarij & adiutores Pontificis sunt, in Ecclesiæ gu-  
bernatione, vltiorum Episcoporum Canonici. Illi si-  
pij, prudentes, gnauj sint, Ecclesia recte per eorum cō-  
silia regitur, si quidam eorum à recto descuerint, por-  
tabunt illi iudicium suum, & potentes potenter tor-  
menta patientur. Verum de Cardinalibus egil. 6. Po-  
licor. In manibus est liber & grauissimi, & prudētis-  
simi auctoris Plati nostri, quæ non modo Cardinali-  
bus, sed omnibus Prælati impense commendatū cupio.

§. 2. Altera calūnia est. Vide ita quomodo istis conue-  
niat, inquit, quod Pontif. Rom. sibi ipsi adscripserunt  
potesta-



potestatem celestis & terreni Imperii. 22. Dist. cap. Omnes & super omnes Imperatores, reges, & omnem creaturam. Item quod possint omnes iudicare, iudicare vero & nemine. 20. Dist. Si Papa. Item quod flos omnium plenam habeat potestatem. 2. q. 6. Qui se scit. Item quod possit contra Apostolum & vetus Testamentum dispensare, de concess. prabend. cap. propositi gloss. in verbo, supra ius. Item quod sit vixit super terram, gloss. in cap. ab arbit. & cetera superba in nomena, quae in Decretis Pontificum leguntur. Apostolus 1. Cor. 3. Omnes etiam Apostolos, credentibus subiecit. Ibi verò sibi.]

Reprelle sunt iam dudum istæ calumniæ. Non est  
i seius usurpatus, sed à Deo collatum. Ius inquam  
spirituale solvendi & ligandi, etiam reges, idq; multi  
fecerunt etiam inferioris potestati E. scopi. Verum  
non importunum fuerit hoc respondere, quod Simo-  
nians Wirringindonus olim respondit Scuræ nuda,  
qui se Wilhelmum de Pratis mentiebatur, & Societ.  
nostræ liceat irem. Hæc enim & similia doctissimo  
meo Præceptori Becano in Privilegiis Calvinistarum  
ille obiecit. *Papa potest dispensare contra ius naturale & Ap-  
postolicum. nam glossator Gratiani expressè scribit, 15. q. 6. cap.  
Auctoritatem. dist. 32. c. presbyter. dist. 34. c. elector. Primò vi-  
de, lector, argumentum genus; Glossator si sit, cuius  
glossam deleuit Papa, si fuit, ergo id sibi arrogat, quod  
in prædicator charis ille u. g. olator. Papa anathema  
dicat, omnibus affirmantibus contra ius naturale pos-  
se dispensare Papam: clarumq; est eam doctrinam no-  
vos & veteres Romano-Catholicos tueri. Sed secur-  
ram istum nec canonem vidisse, nec glossam, nec in-  
tellexisse patet: Canonistis enim Ius naturale est fre-  
quenter, quod naturæ consentaneum videtur, mutari  
tamen potest. Ius diuinum, quod aliquando, non  
semper, nec omni loco aut tempore obligat. v. g. Iuris  
diuini est, alienum reddere; ius civile præscriptione  
transfert dominium, furioso gladium vetat reddere,  
non decoctori, sed curato ibus eius iuberet debi-  
tum. Ius diuinum est, *ne sit Episcopus Neophycus. sit vnus  
vixit vir, omnis vir vxoret & prophetæ aperto, & semina o-  
prio capite.* Contra hæc posse dispensare Papam, leges  
ciuiles, nostros Episcopos, docetur in nostris Eccle-  
siis, & scriptum etiam ad uerlariorum sententia est. (1.  
Corinth. 11. 4.) Contra alia negant Papam posse, nos  
tamen si faciamus, Deus non imputabit. Hanc men-  
tem esse glossatoris docet argumentum canonis his  
verbis propositum (15. q. 7. auctoritatem) *Apostolica  
auctoritas penitus illicita in irritum deducit iuramenta.* Est-  
ne illud contra ius naturale, eo quo furra interpreta-  
tur modo, dispensare? 2. Non aliud agite loci, Ni-  
colaus Papa, quam olim sancti Martyres, non ergo di-  
spensat contra naturale. Verba Canonis: *Authorita-  
tem venerabilium prædecessorum nostrorum secuti, & nomi-  
natim beatiissimi Papa & Martyris Alexandri Quinti à beato  
Petro, ab omnibus iuramentis & cuiuscunque modi obligatio-  
nibus, quibus ille sese, coacti violenti impiorum, obligauerunt,  
abolimus.* Alexandri Epistolam vide lector, d. 19. tit.  
*Romanorum.* simulque attende, num Imperator cap. 4.  
ad leg. iul. Maiest. §. 2. contra ius naturale dispenset, an  
vero Scurra dicat quod ille:*

vxorem accesserit, in lectoratu permaneat, aut si forte necessitas  
fit, subdiaconus fiat, nihil autem supra, similiter si bigamus fue-  
rit: ergo Papa dispensat, &c.

Panormitanus c. fin. de diuortijs, ait, *dispensare contra nouum Testamentum* posse. Non visum à Scurra Panormitano, multa suadent. 1. Quia contra morem, & scripturam citat, nam est in caput finale, de diuortijs l. 4. decreti. 19. 2. Quia eodem loco docet, contra leges diuinas non posse dispensare Papam. 3. Quia Panormitanus omnino diuersa mens est. Cum enim illud caput explicuisset, in quo Innocentius Tertius recens conuersus ad fidem, qui matrimonium ante contraxerant cum relictis fratris, secundum legem Mosaicam, propter infirmitatem permittit, vt eo matrimonio post baptismum utantur. Non tamen liceat baptizatis ista contrahere. Deinde fubijcit Panormitanus. *Secundo nota; quod Papa ex maxima causa posset dispensare contra nouum Testamentum.* Certe iam in additionibus remittit lector ad illa, quæ dixerat idem Panormitanus in cap. 13. t. qui si quis sint legitimi, vbi num. 21. sic habet: *Nec obstat, si dixerit Papam posse ex causa dispensare in gradibus diuina lege prohibitis, vt notatur per aliquos in cap. literas, de regulis spohat. quia illud verum, secundum eum disponendo, & legitimando matrimonium, vt ex nunc, non autem ex tunc, ita vt filij ante gentem censantur legitimi.* Ecce illa dispensatio est dispositio circa ea, quæ non prohibentur nouo Testamento. Deinde, nonne Ministri, cum pileolati confectionantur, eodem iure dispensant? Tollitur ignorantia, euanescit calumnia, cuius mater est impunitas, Pater furor. Non enim de lege quauis, sed ea, quæ verum nonominino necessarium est, dispensare potest. Sic Ambrosius contra nouum Testamentum Neophytus, ad Episcopatum venit.

*Idem dicit Bertachinus in repert. dict. Papa. at nihil talē in repertorio reperitur. non tam repertorium sic habet: Papa non potest dissolvere in prohibitis Testamenta veteri & novo. Anon. de Bat. & Ioan. Andr. in cap. super de v. fur. & Anton. de Prato in dict. conf. 11. col. nec contra Evangelium, nec ius Divinum 26. distinct. 1. deinde 14. dist. sicut & glossam cap. literas de restitu. spoliat. Bertachinus non modò ipse mendacis Scutram arguit, sed alios quoque citat contra Scutram. Quod illos apud quos aliqua iuris & æquiritas cura residet, adhuc tam manifesta dicturos arbitrare?*

Idem glossator scribit, quod Papa est verus Deus, & verus homo, & habet caeleste arbitrium, ideo potest creare, substantialia mutare, &c. Glossatoris sunt, non Papæ. 2. Verum sensum habent, Papa est Deus, vt Principes & Reges, vt Episcopus, vt Dei vices gerens, non enim alia mens glossæ, quam canonis, cuius verba sunt: Non enim homo, sed Deus separat, quos Romanus Pontifex, (qui non puri hominis, Papa quos sed Dei vicem gerit in terris) Ecclesiarum necessitas vel vtilitas pensata non humana, sed diuina potius auctoritate dissolui

Verus ergo Deus, non naturâ, sed verè diuinâ auctoritate, sic nos à Deo matrimonia solui dicimus cum legitimâ Magistratus auctoritate, separari coniuges, & ad vota noua adspirare permittimus.

3. Cui offendit glossator, cuius loquendi modum  
Papistæ non probant, & laudatur Gaspar Walerus  
cauponans deliria Graefi? (Præf. Graefiad Regem  
Angl.) *Tertium fuit, maiestatis tuae auctoritas, quæ in ipsa  
SVMMA AC PLANE DIVINA RESIDET, &  
talis iam olim residebat, in IMMENSÆ magnitudinis &  
claritudinis profatoribus suis.* An ideo Voislius Caluini-  
sta Deo immensitatem detraxit, quia videbat eam à  
collega Tigurino magno quidem, sed tamen duæ. uim *Adulatio-*  
infusulam Regi tributam? Verum non culpæ hæc *nas Calui-*  
P. Becanus, sicut nec, quod lucubraciones illæ ad *la- minorum.*  
cratissimi, & cellissimi præsidii aram fusi, eandantur.  
Tantum monet, ne Sectarii plura Regibus & Reginis  
fuis tribuant, quam Catholici Papæ suo. Deinde e-  
Rbulones

*Quaedam  
in nouo Te-  
stamento  
interdum  
mutata, &  
consilia nō  
perpetua  
præcepta.*

DAMUS Gm.  
112  
+ Evangelia  
CIV  
18







asserit, dicitur enim *ὁ πρῶτος* *Ἀνδρέας* fortitudine. Vocatione primus fuit, & Petrus senior, ut refert Epiphanius hæresi 51. Quare fallunt hæretici dum Petrum primo vocatum affirmant. Eum fratrem esse, Marci 1.3. & Lucæ 6.9. etiam constat. Mentio eius est Ioan. 6.12. Marci 13. Apud Eusebium lib. 3. cap. 1. in Scythiâ prædicasse dicitur. Patris in Achaia crucifixus est, ut constat ex Epistola Episcoporum & Cleri Achaici.

§. 2. Iacobus Ioanni antepositus, ut etiam à Marco, qui illis Andream postponit, quia simul eos collocare voluit, quibus nomen Christus immutavit. Frater Ioannis fuit, filius Zebedæi, vocatio eius Matth. 4.10. Marci 3.9. Luc. 6.9. Actor. 17. ab Herode interficitur, corpus eius Compocellum delatum est: Vocari solet Iacobus maior.

§. 3. Ioannes qui vocari solet, discipulus, quem diligebat Iesus. Euangelium, tres Epistolas, & Apocalypsin scripsit, itaque de eo complura habentur in sacris Libris Matth. 4.10. 17. 20. 26. Marci 1.3. 9. 10. 13. 14. Luc. 5. 6. 11. Ioan. 1.3. 19. 21. Actor. 3.4. 8. ad Gal. 2. Vixit Ephesi, Romæ ex feruente oleo illæsus exiuit, in Patrum relegatus à Domitiano, sub Nerua Ephesum rediit, vbi annos 68. post Christi resurrectionem obiit. Eusebius 1.3. c.1.

§. 4. Philippus natus est Bethsaidæ, Ioan. 1. Erat hoc oppidum propinquum Capharnaum, dicta domus venationis ob piscium copiam. Ioan. 6.12. 14. Matth. 10. Marci 3. Luc. 6. Actor. 1. eius mentio habetur. Docuit in Scythiâ martyrio obiit Hierapoli Asiæ vrbe. Euseb. lib. 3. c.31.

§. 5. Bartholomæi in Scripturis nulla est mentio, nisi in Catalogo Apostolorum. Matth. hoc loco Marci 3. Luc. 6. Actor. 1. Indos docuit, Euseb. 1.3. c.1. Vtuo crudeliter pellis detracta est. Qui ad reges Ptolomæos eius progeniem referunt, Apostolo frustra honorem conciliare conantur. Malo à Tholmai, quod est nomen Hebræum Ios. 15. 4. 2. Reg. 33. derivari.

§. 6. Matthæus, supra dixi, post resurrectionem in Indiam, Asiam, Ponto, Æthiopiâ docuit, vbi adhuc inter Christianos eius est memoria.

§. 7. Thomas seu *ῥαββί* *Thauma* Syriacè, dicitur quod est geminare, itaque & Græcè *ἰδύμεος*, seu *Geminus* vocatur. Eius in Catalogo mentio est. & Ioan. 14. itemque 20. nobilis dubitatione, & deinde fide. Carmanos, Babylonios, Indos docuit, ut Hieronymus, alique, eius hodie sepulchrum videntur in India.

§. 8. Iacobus alter, dictus minor, Alphæi, & Mariæ filius, ea Maria soror, hoc est, cognata dicitur B. Virginis. Eius frequens mentio est Matth. 13. 27. Marci 3. 6. 15. Actor. 1. 12. 15. 21. Galat. 1. 2. 1. Corinth. 15. Ierosolymis mansit annos 30. Episcopus. Euseb. 1.2. c. 23. vbi etiam martyrio ad Dominum migravit.

§. 9. Thadæus Hebraicè Iudas, Syriacè Thaddai, vel Thaddi cognomen fuit Lebbaï, Græcè & Syrus Lebbaeus, ὁ δὲ *ῥαββί* *ῥαββί* *ῥαββί*. Hic proprio nomine dictus Iudas, qui & Epistolam scripsit. Ex *יבנה* fit *יבנה* *lau*, at *לביא* *leo*, Iudæ est Symbolum. Gen. 49. 9. alii à *לב* *cor*, alii à *לב* *mamma*.

§. 10. Simon frater Iacobi minoris, & Iudæ, filius Mariæ & Cleophae. Ægyptios & Perlas docuit, tandem Ierosolymis crucifixus est. Euseb. lib. 3. c. 11. & 32. Dicitur esse Simon Cananæus, Græcè *Κανάνης*, alii à Canavico, vbi aqua in vinum est mutata, alii vero à Zelo; nam Actor. 1. 13. vocatur *Ζηλωτής*, est vero *קנא* Hebræis Zelare.

§. 11. In Iudæ proditoris nomine, siue sit declinans ad strangulationem, siue mercede declinans, seu deficiens Dei prouidentia apparet. Icariorum Syrus *שכרית* *Schekaritho*, ita & libri nonnulli Latini, Adami Genzen in Euang. Tom. I.

sed I. omisso ut Spanja pro Hispania. Nomen loci est, licet nonnulli dici velint, *virum Carioth*, seu *virum Cariothensem*, ut Eisd. 2. 22. dicuntur, *virum Anathoth*. Additur hic Apostolis, ne turbemur, si in Ecclesiâ malos, & sæpe quos minime putabamus esse, experiamur. Carioth vrbs Iudæ est, qui ab Isachar formant, magis aberrant. Iunius & Tremellia. *כרית* & *כרית* ut *כרית* sit In Iudæa nō passuum futurum tertiæ coniugationis & significatur mine mercede defectum seu inducendum ad defectum omen. Non videtur ab oppido nomen habere. Non enim est in Syro *כרית*, neque *כרית*, præpositum, deinde Carioth non est per *כרית*, & *כרית*, sed per *כרית*, & *כרית*, scriptum. Sed literæ illæ commutari potuerunt. Alii Schechariut esse marsupium, alii Secar esse strangulationem, & sensum esse declinans ad strangulationem, sed Christum nomen imposuisse hoc non est probabile, nec parentes, cum sit tam mali ominis. Malo eum dictum quasi declinantem ad mercedem, lucro deditum.

Donatistas aliosque refutat cæterus ille, in quo non defuit Iudas traditor, Quomodo ergo si inter duos per malos decem impius fuit vnus, non esset in tot populis.

Iudam docuisse, & more aliorum miracula patras se non est dubium, cum tamen reprobos esset. Quod insigne argumentum præbebat olim Catholicis contra Donatistas in Africa, qui Ecclesiam non nisi ex iustis constare fingebant, ipsi hominum iniustissimi, & flagitiosissimi. Interim & hoc docemur, fidem magnam, quâ miracula operatur Iudas, sine charitate fuisse, nec tamen ad iustitiam fuisse satis: & insignia crebro dona in reprobos conferri.

## VERSVS 5.6.

*In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israël.*

## QVÆSTIO I.

*Cur noluerit Apostolos ire in viam gentium?*

§. 1. IN viam gentium cum ire vetat, non monet, ne gentium se moribus ritibusque contaminent, quod alioqui est ire in viam alicuius. Quid tibi vis in via Ægypti? Ierem. 2. 18. *Et in via peccatorum non stes.* Initio gentium. Sed vetat in regiones, & vrbes gentium prædicationibus non candi causa accedere. Hoc enim initio ad Iudæorum prædicationem conversionem opus erat. Iudæis enim erat facta promissio Genes. 17. vers. 1. Roman. 15. vers. 8. Actor. 13. vers. 46. Magnam exultationem Iudæi prætereundum poterant, si ad gentes se contulissent; se enim electos, gentes reiectas iudicabant. Insigne odium erga gentes demonstratur Actor. 22. vers. 21. Cum Apostolus diceret, sibi à Deo imperatum, vade, quoniam ego in nationes longe mittam te. Itaque cum Iudæis promissus esset, non poterat censeri Messias esse, nisi Iudæis prædicaret.

§. 2. Ciuitates *סמריה* est in Græco. Samaritanos addit, quia cum quadam ex lege seruarent, putare poterant Apostoli illos non comprehendere nomine gentium, ideo illos speciatim excipit, de origine Samaritanorum 4. Reg. 17. & Ioseph. lib. 9. c. ultim. itaque limitata hic est potestas prædicandi, postea dabitur Samaritanis generalis, post resurrectionem cum velum templi scissum esset. S. Cyprianus ad schismatis detestationem tici, & pene hoc gentes.



hærefert Epist. 76. Donat adhuc in Euangelio suo Dominus & maiorem intelligentiam lucem manifestat, quod idem qui se tunc à tribu Iuda & Benjamin sciderant & Hierosolymis derelictis Samaritanam secesserant, inter profanos computarentur. Nam cum primum discipulos in ministerium salutis mitteret, mandavit & dixit: In viam nationum ne ieritis, & in civitatem Samaritanorum ne introieritis. Ad Iudæos prius mittens gentiles adhuc præteriri iubet. Addendo autem, & civitatem Samaritanorum debere omitti, ubi erant schismatici, ostendit schismaticos gentilibus adæquari.

Legem illi ex parte servabant. Deique cultum cum idololatriâ permiscebant 4. Reg. 17. Ioseph. lib. 9. Antiq. cap. vii.

Oves perditæ.

§. 3. Iudæos vocat oves perditas, quia iam peccatores, à pastoribus deserti, erroribus impliciti vagabantur. Nonnulli electos significari tantum, alios improbos; verum ad omnes missus est; perierant enim non damnatione, sed peccatis, & aberratione; unde fuerunt boni pastores humeris reducendi. De hisce quibus vide Psalm. 77. vers. 1. & 76. vers. 21. & 79. vers. 1. item Isa. 53. Ezech. 34. vers. 5. Ad hos ergo mittebantur, ut annuntiarent appropinquare regnum cælorum, ideoque ad penitentiam hortarentur. Id enim dictum est. Nam Marci 6. v. 12. Exeuntes prædicabant, ut penitentiam agerent.

## VERSUS 8.

*Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones eiicite: gratis accepistis, gratis date.*

## QVÆSTIO I.

*Quomodo gratis dare iubet?*

Leitio confuuta.

§. 1. Miraculorum potestate eos instruit, ut apparet admodum insignia, & in omnes gratissima. De mortuorum resurrectione dubitatio oritur, in Græcis enim quibusdam omittitur, apud Theophylactum est. Lucas Brugensis in notis ad Græcū textum approbat. Illud veritas ex opere merito sortis posse omitti, prout ipsa Regia Biblia obeliscum præfigunt, idque ob eas causas quas alias dedimus intelligendas. Novem Parisiensium exemplaria & Syrica Imperatoris editio præterunt suffragantibus Enarratoribus Euthymio & Theophylacto. & in Latinis: Manuscriptum, inquit, H. littera signatum B. Hieronymo suffragante, omittit re mortuos suscite, quod alij libri addunt. parva similitudine veri: quanquam iudico merito relictum esse à correctoribus Sixtinis, ut certe vetus est, & facile potuit ab interprete fuisse datum. Lege varietates Græcas & Notationes prolixiores in variis Bibliorum lectiones. denique Commentarium.

Nectamen mirum est; nam Petrus & Paulus, aliique mortuos excitaverunt. Itaque causam non video sufficientem, cur omittamus.

Miracula quæstiosa esse poterunt.

§. 2. Primo quidem monet, ut facultate sibi tradita promptè liberaliterque utantur, quandoquidem gratis eam acceperunt. Deinde omnem auaritiam, & sacrarum rerum cauponationem prohibet. Poterat enim legatio illa esse quæstiosissima; si pro sanationibus tot, & mirandis mercedes accipere voluissent; cum enim peritiores medici sibi interdum regias opes comparent, quid illi non consequerentur, si certò, celeriter, sine chirurgorum cranificina, sine pharmacorum fastidio ægros curarent? insuper & mortuos suscitarent? summam auctoritatem, & amorem Euangelio conciliabat illa munera, non modo abstine-

Precia recipere suspensum.

tia, sed etiam recusatio. Seducendi enim causam non habuerunt, quibus seductorum simplicitas lucrosa non erat futura. Recte id notavit. Item. lib. 2. cap. 37. Et quid autem? non est numerum dicere gratiarum, quas per uniuersum mundum Ecclesia à Deo accipiens in nomine Christi Iesu crucifixi sub Pontio Pilato per singulos dies in opulationem gentium perfecit, nec pecuniam ei auferens, quemadmodum enim gratis accepit à Deo, gratis & ministrat. Nec modo sanare gratis, sed etiam docere iubentur, non itaque probo eos, qui omnes manifestè docere nolunt, solos vero illos qui etiam grandes mercedes pro talibus mysteriis præstare possunt. Non enim iam dicunt similia illis, de quibus hæc Dominus noster dixit: Gratis accepistis, gratis date: sed separata & portentuosæ, & alta mysteria cum magno labore acquisita fallacibus.

§. 3. Non prohibentur Christi lege doctores accipere vitæ necessaria à discipulis. Dignus est enim mercenarius mercede sua. Populus enim iure naturali, & Divini iure diuino tenetur alere concionatorem suum; & ille habet ius de Euangelio viuendi, dum Euangelio docere deferuit. Itaque errant Anabaptistæ, qui nullum Euangelii sui ministrum audiunt, nisi omnia relinquat.

§. 4. Multa hoc loco Bullingerus, Illyricus, Wolfgangus Musculus, contra inertiā ociumque Cleri, Simoniam, & Pompas Episcoporum ad inuidiam concitandam declamant. Verum ad nos illa non pertinet, qui non modo docemus, ociosos, Simoniacos, luxuriosos Clericos gravius supplicio illa scelera luituros; sed insuper propter eadem in subditis non correcti, etiam Pontifices, Archiepiscopos, Episcopos prælatos alienæ culpæ, quam pessimo exemplo dissimulant, confortio perituros. Quod de opibus Ecclesiasticis queritur, inuidiæ vox est, non charitatis; opes possidere peccatum non esse consentiunt. Imò Episcoporum comitatum decentem, & siudem Principes etiam sint, magnificum esse oportere. lib. 6. Politicorum demonstrari cap. 42. & 43. Idemque docet Adrianus Saravia de variis Ministrorum ordinibus, habetque usus Britanniarum, ubi Archiep. & Episcopi, Principibus, & Comitibus æquantur. Verum moris est apud Scythias & non culpanda traducere, & orthodoxorum delictis, ingenti hyperbole exaggerare. Opes nostras ferre non possunt, miracula in dubium vocant. Tofsanus monet, ut Ecclesiasticis historiis comprehensa miracula cautione magnâ legantur. Hoc agens ut nulla crederentur, neque oriatur admiratio populi, quod apud ipsos nulla cernantur. Nemo qui dem est, quin miracula cum cautione legenda censeat; nam fingi aliqua potuerunt, & dubio procul, ficta sunt nonnulla. At vero donum miraculorum ita singulare fuisse Apostolis, ut non semper in Ecclesiâ fuerit, omnino falsum est, atque omni historiæ Ecclesiasticæ repugnat. De martyribus, aliisque testantur summi Doctores Ecclesiæ, ut negare tam sit manifestè infaniæ quam athenismate Cæsarem, Neronem, aliosque nunquam fuisse. Deinde semper ad Ecclesiam novæ gentes adductæ sunt, ad quam instructionem miracula partim novis necessaria, partim vitia fuere veteribus Christianis, inter quos multi sæpe gravibus dubitationibus percelluntur.

## VERSUS 9. 10.

*Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam, in zonis vestris; Non peram in viâ, neque duas tunicas, neque calceamen-*

ta,



ta, neque virgam, dignus enim est  
operarius cibo suo.

## QVÆSTIO I.

An ista fuerit temporaria, an vniuersalis lex?

§. 1. **D**vplex est instructionis, quam Christus Apostolis dedit, interpretatio. Quidam existimant fuisse temporariam, & experimenti causa missos, ut in Deum referre omnia, Deoque fidere affluerent. Alii leges perpetuò servandas Apostolis præscribi.

Argumentum eorum, qui temporaria esse aiunt, ex verbis ipsis deducitur, nam dicitur, ne ingrediantur civitatem Samitanorum, quod ad hanc missionem tantum pertinet; deinde non habere peram, aliaque postea servata non sunt. Quia aliud sentiunt, plura adferunt, quæ perpetuæ legis vim habuerunt. Restota potest paucis explicari, si quædam in præsens præcepta, alia in omnem vitam constituta dicamus.

§. 2. Generatim Christus hinc legibus sanxit; ne qui ad Evangelii prædicationem vocantur, avaritiâ aut rerum mundanarum sollicitudine impediri sese permittant. Atque hac in re omnes conveniunt. Omni enim in hominum genere reprehendenda est cupiditas, qua officium Deo, & proximo debitum interrumpitur, & potior est opum, quam cœlestis mandati cura.

§. 3. Non tamen hoc potissimum Christus præcipit: verum singularia quædam prædicationis significat, quæ servari velit. Nam Apostoli qui mittuntur, iam omnia sua reliquerant, affectum diuitiarum exuerant, atque adeo possessionibus se abdicarant. Itaque verat sollicitudine, & studio ea curare quæ ad iter agendum necessaria videbantur, ea vero neque possidere permittit.

§. 4. Beza locum corrumpit, cum interpretatur de acquisitione, non possessione. [Vulgate, inquit, nolite possidere; quæ interpretatio mala est, usque adeo ut totam huius loci rectam sententiam pervertat. Neque enim hic interdicitur harum rerum possessio, ut nonnulli Apostolorum perierit imitatores fingunt: sed de hac vna perfectione agitur, ad quam vult Dominus Apostolos accingi abique villis Sarcinis, atque adeo abique vitæ: non modo ut nullis impedimentis retardentur, sed etiam ut hac providentiæ divinæ quasi degustatione ad futuram illam functionem Apostolicam præparentur.]

Negandum non est, κτῆσθαι esse acquirere, sed dicendum etiam est proprie significare possessionem, Olynth. 2. opponuntur κτῆσθαι & φυλάσσειν, acquirere, & custodire, & κτῆσθαι est ars rem faciendi apud Aristotelem. Non tamen est verum, non proprie possessionem significare. Nam cum dicitur κτῆσαι res esse alicuius, significat aliterius, certum est, de possessione, non acquisitione sermonem esse. Hinc κτῆματα, opes, prædia, κτῆμα Actorum 4. possessores, non acquirentes, & apud Hom. Od. 8. τίς ποτε πλοῦτος κτεάτεσσιν ἐστί, quis fuit te possessionibus emat? Immo nomina possessiva Græci vocant κτῆμα. Hinc ἀνθρώπων, ἀνθρώπων, pauper, qui nil possidet, contraria sunt ἀνθρώπων, &c. Eadem ratio est verbi Hebræi, כָּנָה KANA, quodque inde deducitur כָּנָה possessio, κτῆσις τὰς ἀρχοντας; nam & possessionem & acquisitionem significat. Ex quo sole clarius evadit, à nostro interprete textum non corruptum, nam & Patres ita legunt, & intelligunt, & ipsi etiam libenter dissidere soliti Sædarii. Ita Augustinus lib. 2. de consensu Evang. cap. 30. accipit, & Lutherus ver-

Adami Conzen in Evang. Tom. I.

tit. Quod si rem ipsam spectemus satis apparet, Christum non modo iussisse, ne acciperent, sed ne secum ferrent. Sic enim de baculo, peraque loquitur, non enim vult ne illa emant, sed ne habeant in ista professione. Ne vero dubitemus; Marcus rem cap. 6. v. 8. definit, κτῆσθαι ἀρῶν, itaque κτῆσθαι non est acquirere, Non posside interprete Marco, sed ἀρῶν, tollere, sumere. Ita & Lucas 9. vers. 3. Non modo igitur hoc Dominus voluit, ne acquirerent, sed ne haberent; nec ad rem facit, quod ait Beza, huc pertinere, ut expeditiores essent. Si enim ista possidebant, si in zonis iam autumerat, illud retinendo non tardabatur iter, sed multa eius commoda accelerari poterant. Non ergo tum possidebant, quod clarius patet ex Lucæ 22. 55.

§. 5. Hæc de auro, soleis, aliisque ad hanc vnicam, & temporariam missionem pertinebant; nam postea cum in omnem terram spargerentur, secum necessaria fidelibus accepta deferrebant, ut ex actibus Apostolorum, & Epistolis Pauli constat. Paulus certe penulam, libros, & membranas ferri præcipit.

Media igitur via tenenda est, ut neque concludamus cum Wicleffo apud Waldensem doctrinæ fidei, articul. 3. Non licere Clericis habere possessiones quod etiam Anabaptistæ amulantur. Neque dicamus Apostolos iam habuisse, quod Calumniant somniant. Quo de negotio videri potest Bellarm. lib. 1. de Clericis c. 26.

§. 6. Obiciunt nonnulli nunc fuisse præceptum, Hoc præceptum nunquam revocatum, perpetuum igitur vigorem habuisse. Respondeo: Non aliter lex lata fuit, nisi & in hac missione, eâ viuerent. Hoc ipso enim quod ad Christum redeunt, quæstorem publicum habebant, & quæ dabantur accipiebant, videbant sibi normam præscribi, quæ temporariae missionis paupertas tolleretur. Quo ex loco etiam apparet, Apostolos non possedisse opes, cum ex aliorum benignitate viuerent. Nec enim suos loculos Matthæus privatim, sed Iudas totius collegii habebat. Nec probabile videtur, diuitem publicanum de communie electione vivere voluisse.

## QVÆSTIO II.

An consentiant Evangelistæ in historia missionis Apostolicæ?

§. 1. **A**pparens repugnantia videtur esse ex vers. 10. Non peram, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Marc. 6. 8. Ne quid tollerent, nisi virgam tantum. & v. 9. calceatos sandalia. Quod si studiose calceamenta, seu πατοδύματα, & sandalia distinguere luceat, conciliari posse videntur. Nam quod ad virgam ex eddō attinet; multa exemplaria habent, ex eddō. S. Augustinus lib. 2. de consensu Evang. c. 30. tropice interpretatur. Primo constat permissa sandalia ex Marco. πατοδύματα muliebres calceamentum fuit, uti Hefychius ait, Athen. lib. 8. etiam viris tribuit. Non dubium in Iudæa virile fuisse. Syrus vocat كراطة telara, itaque à Latinis talaribus originem habere videtur. apud Plautum Trinum: est Sandalogerulus, & Sandinia vocatur πατοδύματα & ἰχνύς à similitudine plantæ. Vide de Sandalio Alexand. ab Alexandro lib. 2. Saturn. c. 18. Dupliciter itaque intelligi potest sententia Christi. Primo ut calceamenta, & Sandalia genere differre intelligamus, Sandalia seu calceos domesticos permittat, perones, ocreas, & viatorios curare veter. Deinde ut quemadmodum dixit non ferendas duas tunicas, quarum scilicet altera in via, altera domi indaatur, ita πατοδύματα, intelligat, neque bina calceamenta, firmiora & altius regentia in iunere, molliora

Sandalia:

Bina calceamenta  
vetantur.

R 3



molliora minusque firma in diuersorio. Vtroque modo iuncto optime respondetur. Nam si binaparia ferrent, sine dubio diuersi ea generis censenda essent.

De virgâ siue baculo licet eadem vox sit, eodem tamen modo dicendum est. Vel enim vetat ferre baculum defensorium seu hastulam, seu clauam. permittit autem scipionem quo niterentur, perq; lubrica euaderent. Vel sanè legendum est *egredere virgas*, vt expresse duas virgas ferre prohibeat alteram quâ niterentur, aliam qua se defenderent. Mihi prior conciliatio verior videtur. Iudæi in itinere baculis vti solebant, montana enim & saxosa regio, vbi baculi frequens vsus, alios habebant, verè baculos defensorios, quod Romanorum legibus cautum esset, ne gladios ferrent.

### QVÆSTIO III.

*Quid de hoc loco præterea hæretici obiciunt?*

*Pontificum S. i. diuersa sententia.*

**P**Robare contendunt Nicolaum quartum, & Ioannem vicessimum secundum Pontifices, ita de huius loci intelligentiâ sensisse, vt necessario alteruter alterum hæreseos damnarit. Nicolaus ait Christum docuisse eam paupertatem, quâ nullum dominium in particulari, vel in communi possideatur. Ioan. vigesimum secundum. in extrau. id hæreticum iudicasse.

Verba Canonum primo consideremus, deinde concilemus. Nicolaus in sexto t. 12. de verborum significatione.

„[Porro, inquit, cum ipsa regula expressa contineat, quod fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec minores nec in singulis locum, nec aliquam rem: sitque declaratum per eam, nec in communi possident.

„abdicatio- nem communi- ni merito- ria est.

„Eam Christi- xæ prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfectius docuit, & viuere, per doctrinam ac vitæ exempla in eos de- & exemplo riuarunt. Nec his quispiam putet obistere quod in- firmavit.

„Christus lo- culos ha- buit.

„suscepit in loculis: sic & in nonnullis aliis infirma humanæ carnis assumens (prout Euangelica testatur historia) non tantum carne, sed & mente condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpsit, quod in suis operibus perfectus existens, in nostris factus humilis, in propriis permanfit excelsus. Sic & summæ charitatis dignatione ad actus perfectus, & infirmis se accommodauit.

„quosdam nostræ imperfectioni conformes inducitur, quod à summæ perfectionis rectitudine non curatur. Egit namque Christus & docuit opera perfectionis. Egit etiam infirma, sicut interdum, & in fuga patet, & loculis: sed vtrumque perfectè perfectus existens, vt perfectis & imperfectis se viam salutis ostenderet, qui vtroque saluare venerat: qui

tandem mori voluit pro vtriusque. Nec quicquam ex his insurgat erroneum, quod taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tanquam homicidæ sui, vel tentatores Dei, viuendi discrimini se committant. Sic enim seiplos committant diuinæ prouidentie in viuendo, vt viam non contemnant prouisionis humanæ: quin vel de iis quæ offeruntur liberaliter, vel de iis quæ mendicantur humiliter, vel de iis quæ conquiruntur per laborium, sustententur: qui triplex viuendi modus in regula prouidetur expresse. Profecto si (iuxta promissum Saluatoris) nunquam deficiet fides Ecclesiæ: per consequens nec opera misericordie subtrahentur: ex quo Christi pauperibus omnis ratio diffidentie cuiuslibet videtur esse sublata. Et quidem vbi (quod non est aliquatenus præsumendum) hæc cuncta deficerent, sicut nec cæteris, sic nec ipsis fratribus iure poli in extrema necessitatis articulo ad prouidendam sustentationi naturæ via omnibus extrema necessitate detentis concessa præcluditur cum ab omni lege extrema necessitas sit exempta: nec talem abdicacionem proprietatis omnimodæ renuntiationem vsus rerum cuiquam videatur inducere: nam cum in rebus temporalibus sit considerare præcipuum, proprietatem possessionem, vsum fructum, ius vtendi, & simplicem facti vsum, & vltimo tanquam necessario egeat, licet primis carere possit vita mortalium: nulla profus potest esse professio quo à se vsum necessariæ sustentationis excludat: Verum concedens fuit ei professio, ni, quæ sponte deuouit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium, & rerum sibi concessarum necessario vsu, fore contentam. Hæc per hoc quod proprietatem vsus: & rei cuiusq; dominium à se abdicasse videtur, simplici vsui omnis rei renuntiasse conuincitur: qui inquam vsus non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum, in vtendo præbet videntibus, nihil iuris: quinimo necessariam cum rerum tam ad vitæ sustentationem, quam ad officiorum sui status executionem (excepto quod de pecunia infra subiungitur) moderatus vsus, sed secundum eorum regulam & veritatem omnimodam concessus est fratribus: quibus rebus fratres licet vti possint durante concedentis licentia, & iuxta id quod in præsentis serie continetur. Nec his obuiare dignoscitur, quod ciuili prouidentia in humanis rebus humanè constituit: videlicet non posse vsum vel vsum fructum à dominio perpetuo separari: quod ne dominium Dominis (semper abscedente vsu) redderetur inutile, temporalem vilitatem tantum in constituendo prospiciens ista decreuit. Retentio namq; Domini talium rerum cum confessione vsus facta pauperibus, non est infructuosa Dominio: cum sit mentio ad æterna, & professioni pauperum opportuna, quæ tanto sibi censetur vtilior quanto commutat temporalia pro æternis. Profecto non fuit confessoris Christi regulam instituentis intentio: quinimo contrarium in ipsa conscripsit, contrarium viuendo seruauit: cum & ipse temporalibus ad necessitatem vsus fuerit, & in pluribus locis in regula vsum talem licere fratribus manifestet. Dicit namque in regula, quod Clerici faciant diuinum officium ex quo habere poterunt Breuiaria: ex hoc patenter inferimus, quod fratres sui habituri essent vsum breuiarii, & librorum, qui sunt ad diuinum officium opportuni. In alio quoq; capitulo dicitur, q. Ministri & Custodes pro necessitatibus infirmorum, & aliis fratribus induendis per amicos spirituales sollicita curâ gerat secundum loca & tempora, & frigidas regiones: sicut eorum necessitati viderint expedire. Alibi etiâ exhortas fratres per congruū laboris exercitiū ad otium euitandū: dicit, q. de mercede laboris pro se & suis fratribus corporis necessaria recipiant.



plant. In alio quoque capitulo continetur, quod fratres vadant pro elemosinis confidenter. Habetur etiam in eadem regula, quod in praedicatione quam fratres faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia ad utilitatem & adificationem populi: annuntiando eis vicia, & virtutes, poenam & gloriam. Sed constans est quod haec praeparatione scientiam: scientia requiritur studium: exercitium vero studii convenienter haberi non potest sine usu librorum. Ex quibus omnibus satis clarum est regula, ad victum, vestitum, divinum cultum, & sapientiae studium, necessarium rerum usum fratribus esse concessum. Pater itaque sane intelligentibus ex praedictis regulam quoad abdicationem huiusmodi, non solum observabilem possibilem & licitam: sed meritariam & perfectam: & eo magis meritariam, quo per ipsam professores ipsius magis a temporalibus propter Deum (sicut praedicitur) elongantur. Ad haec cum fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possint etiam in communi, & cum aliquid propter Deum ipsis offeratur, conceditur, vel donatur, ea (si secus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, verisimiliter credatur intentio, ut rem huiusmodi oblatam, concessam, vel donatam perfecte concedat, donec auferat, si abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum: nec sit persona, in quam loco Dei congruentius huiusmodi rei dominium transferat, quam sedes praefata, vel persona Romani Pontificis Christi vicarii, qui pater est omnium & fratrum Minorum nihilominus specialis: Ne talium rerum sub incerto videatur esse dominium: cum patri filius suo modo. servus Domino, & monachus monasterio res sibi oblatae, concessae vel donatae acquirant: omnium vtenfilium & librorum, ac eorum mobilium, praesentium & futurorum, quae & quorum usum fructum, se licet ordinibus vel fratribus ipsis, licet habere, proprietatem & dominium (quod & felicis recordationis Innocentius Papa quartus praedecessor noster fecisse dinoscitur) in nos & Romanam Ecclesiam plene & libere pertinere hac praesenti constitutione in perpetuum valitura sancimus. Praeterea loca emptae elemosinis diversis, & oblata seu concessa fratribus sub quacunque forma verborum (licet fratres sibi cavere debeant, quod huiusmodi verbis statui suo incompetentibus non videntur) a diversis seu pro indiviso possidentibus seu certis patres in ipsis locis habentibus, in quibus ipsi possidentes pro indiviso, seu certas partes habentes, nihil sibi in oblatione seu concessione huiusmodi reservant: similiter & in ius & dominium ac proprietatem nostram & Ecclesiae praedictae eadem auctoritate suscipimus. Loca vero seu domos pro habitatione fratrum a singulari persona vel collegio, vel ipsis fratribus ex integro concedenda, seu etiam offerenda (si talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit) perseverante tantum voluntate concedentes inhabitent. Ac illa libere, praeter Ecclesiam, & oratoria ad Ecclesiam destinata, & cimiterium (quae tam ad praesentia quam ad futura in ius & proprietatem nostram & praedictae Romanae Ecclesiae simili modo & auctoritate recipimus) mutata concedentis voluntate, ac ipsis fratribus patefacta dimittant: in quorum locorum dominio seu proprietate nihil nobis vel praefatae Romanae Ecclesiae retinemus omnino: nisi ea specialiter de nostro, seu ipsius Romanae Ecclesiae recipiantur assensu. & si in eisdem locis reservaverit dominium sibi in concedendo concedens praeter habitationem fratrum, speciale dominium in ius Ecclesiae saepe dictae non transeat, sed potius plene liberum maneat concedenti.]

Respondet lib. 4. de pontifice cap. 14. Bellarminus. Discrepare pontifices in re, quae ad fidem non

pertineat, Nicolaus in rebus quae usu consumuntur, Pontifices separari posse usum a dominio putat, Ioannes negat, in quaestione & hodieque variant sententiae, & Ioannes in ex raug. Quia quorundam, negat fidei quaestione esse.

Nicolaus paupertatem, qua solus usus retinetur, sentire videntur. abdicato omni dominio sanctam putat, nec tamen articulum fidei esse dicit. Ioannes hoc non impugnatur, sed renunciat iuri suo, nec dominium rerum vult accipere Romana Ecclesia.

Nicolaus ait Christum aliquando nihil possedisse, in prima aliquando loculos habuisse. Ioannes haeticum esse definit; dicere, Christum semper rigidam illam paupertatem tenuisse, ut nihil haberet. Addit deinde Bellarminus: Quod autem Christus utrumque docuerit verbo & exemplo, probatur, nam paupertatem omnimodam docuit Matth. 10. cum ait: Nolite possidere aurum, nec argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram nec duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Neque refert, an haec verba sonent praecceptum, an consilium, & an possint exponi aliter quam de abdicatione omnis domini: nam satis est ad sententiam Nicolai salvandam, quod haec sit Christi doctrina, & sua sit, quod non repugnet ei iste sensus, ut revera non repugnat. Et si enim Christus subiiciens: Dignus est operarius mercede sua, obligavit populos ad sustentandos praedicatores, & proinde concessit praedicatoribus, ut iure exigant sustentationem a populis, non tamen obligavit ipsos praedicatores, ut quasi debita exigant, ut patet ex Paulo 1. Corinth. 9. sed permittit eis vivere de suis laboribus, vel accipere tanquam domum sine villa usurpatione domini, quod ex iustitia illi debetur. Accedit, quod in hoc sensu illa verba accepit S. Franciscus, cuius viri instituta & Deus plurimum miraculis, & Ecclesia uniuersa communi consensu approbavit.

Haec nequequam conuelleret haetici moluntur, ut Pontifices inter se committant. Nam primus Nicolaus non fuit, qui ita sensit, sed Gregorius nonus, aliique. Deinde Ioannes ait, fratres ita uti rebus suis, ut non sint simplices vsuarii. [At tamen ipsorum fratrum utendi modo & eius effectu, ac patientia circa modum ipsum Romanae Ecclesiae subsecuta, non ipse usus fratrum dici debet, sed potius Romanae Ecclesiae dominium simplex esse. Quis enim simplicem vsuarius dicere poterit, cui rem vsuariam licet dominio se permutare, vendere ac donare: procul dubio haec natura repugnare noscuntur, nec ad vsuarium pertinere, quae tamen de rebus mobilibus ante dictis faciunt fratres ipsi. Quod autem dominium Romanae Ecclesiae reservatum simplex censeri debeat, ex hoc patet, quod ex illo nullum eidem Ecclesiae temporale obuenit hactenus commodum, nec speratur quod obuenire debeat in futurum, cum nec intentio reservantis, nec fratrum ipsorum fuerit, quod ad quemcunque alium quam ad fratres dictarum rerum perveniret compendium: quod procul dubio modus utendi fratrum ipsorum, & Romanae Ecclesiae subsecuta patientia euidenter declaravit. Et quod talis intentio fuerit ordinantis, & ex hoc patet, quod illarum rerum sibi & Ecclesiae Romanae dominium duntaxat retinuit, quarum usum facti liceret habere ordini vel fratribus antedictis: talis autem domini carentia re in praesentibus ac spe in futurum omnimodo denudati, quo ad paupertatem temporalem, quam altiori (praemendicantibus aliis in communi habentibus) sibi vendicant dicti fratres; pauperiorem non effici: non habentem.]

Tertio. De rebus usu consumptibilibus non egisse Nicolaum docet Ioannes, ita, ut ea quaestio hic locum non habeat. [Quod autem quo ad res quae usu consumuntur, non sint censendi vsuarii fratres ipsi, ex sequentibus liquet satis: dicere siquidem quod in talibus rebus usus iuris vel facti separatus a proprietate rei seu dominio possit con-



*Vsus rei vsu* stitui, repugnat iuri, & obuiat rationi: nec prædecessor-  
consumpti- ris nostri prædicta fuisse videtur intentio Romanæ Ec-  
clesiæ talium bonorum dominium referuare. Quis e-  
test separa- nim sanæ mentis credere poterit, quod intentio fuerit  
ri a domi- tanti patris, vnius oui, seu casei aut fusti panis, & alio-  
nio ex sen- rum vsu consumptibilium, quæ sæpe fratribus ipsis ad  
tista Ioan- consumendum eas vigilio conferuntur, dominium Ro-  
nis Papa. manæ Ecclesiæ, & vsum fratribus retinere? profecto

„probabile non videtur, præsertim cum illorum bono-  
„rum duntaxat dominium præfata Ecclesiæ referuau-  
„rit, quorum simplex vsus facti pertinere potest ad fra-  
„tres dicti ordinis: quod nequaquā potest in rebus vsu  
„consumptibilibus reperiri, in quibus nec ius vtendi,  
„nec vsus facti separata à rei proprietate s. u. dominio  
„possunt constitui seu haberi. Et quod de talibus rebus  
„non intellexerit, euidenter ostendit, dū respondet legi  
„dicenti, non posse vsu fructum à dominio perpetuo  
„separari, ne dominium dominis, semper abscedente  
„vsu, inutile redderetur, quæ quidem lex de rebus illis  
„intelligitur, quarum penes vnū vsus rei, & penes alium  
„dominium possit (licet in utroque remanere, quod nequa-  
„quam in rebus vsu consumptibilibus potest esse, cum  
„in illis per vsu vel abusu vsuarii substantia talis rei  
„esse desinat, & per consequens proprietates etiam inu-  
„tiles non subsistat. Cum enim vsu fructus prout est in re  
„constitutus, qui seruitus dicitur personalis, & pro quo  
„reales competunt actiones, nihil sit aliud quam ius v-  
„tendi, nec vsus, qui etiā personalis est seruitus, sit aliud  
„quam ius tantum vtendi rebus alienis salua rei substan-  
„tia, id est, ius percipiendi fructus & vtilitatem aliam  
„in totum vel pro parte suo nomine, qui p. sunt ex re  
„in qua vsus fructus seu vsus constituitur, prouenire pro-  
„pter quod proprietates reputatur inutilis, à qua perpe-  
„tuo, abscedit vsu fructus seu vsus constitutus rebus ex  
„quibus ipsis stantibus vsu fructuario seu vsuario nulla  
„possit vtilitas prouenire: patet quod ad hoc quod tal-  
„lis vsu fructus vel vsus in re aliqua constitui valeat, re-  
„quiritur quod ex re illa possint fructus vel vtilitas (sal-  
„ua ipsius rei substantia) ad fructuaria vel vsuariam  
„peruenire. Quod si nulla ad ipsos possit ex re ipsa vti-  
„litas (salua rei substantia) peruenire, quales res con-  
„stat esse vsu consumptibiles, nequaquam possent in re-  
„bus ipsis cuiquam vsu fructus vel vsus constitui, vel à  
„quodam haberi. Adhuc nec ius vtendi, quod nec est  
„ius in re, nec seruitus personalis, sed mere ius persona-  
„le, pro quo reales actiones non competunt, in rebus  
„talibus vel rebus ipsis vtendi potest constitui vel ha-  
„beri, cum & ius tale exigit, quod ex re ipsa, quæ ad v-  
„tendam conceditur tali modo ad vsuariam peruenire  
„posset vtilitas aliqua, ac cum vsu permanere vsuarii  
„substantia salua rei, quod nequaquam potest (sicut ad  
„sensum potest percipi) in rebus vsu consumptibilibus  
„reperiri. Rursus nec simplex vsus, qui nec est seruitus,  
„nec pro illo competit ius vtendi, in talibus rebus po-  
„test constitui vel haberi: cum enim vti re aliqua, nihil  
„sit aliud proprie, quam fructus rei siue vtilitatem ab ea  
„in solidū vel pro parte recipere qui ex ea possunt (sal-  
„ua rei substantia) prouenire, restat quod re illa vti quis  
„nequeat, ex qua (salua eius substantia) nulla sibi pro-  
„uenire potest vtilitas, quales res vsu consumptibiles  
„esse constat. Ex quibus patet, quod nec vsus, qui est  
„seruitus personalis, nec ius vtendi quod non est serui-  
„tus, sed mere ius personale, nec actus ipse vtendi sine  
„iure aliquo, possunt in rebus vsu consumptibilibus  
„constitui, vel haberi, cum quodlibet præmissorum  
„exigit, quod ex re ipsa (salua rei substantia) possit ha-  
„benti ius vtendi, seu vtenti ex re ipsa vtilitas aliqua  
„prouenire: quod vtique in rebus neque vsu consum-  
„ptibilibus reperiri. Nec obuiat supradictis, quod idem  
„prædecessor noster in ordinatione prædicta etiam il-  
„lorum quæ ad vitæ sustentationem pertinent, sibi &

Romanæ Ecclesiæ dominium referuauit: hoc enim de  
rebus illis duntaxat debet intelligi, quæ vsu non sunt  
consumptibiles, sine quibus humana vita non est su-  
stentabilis, quæ vtique non sunt pauca. L. cet autem in  
rebus vsu consumptibilibus, nec ius vtendi, nec ipsum  
vti possit constitui vel haberi, ipsistamen poterit ius  
abuti. Abuti autem (cum tractatur de rebus vsu con-  
sumptibilibus) pro rei consumptione sumitur, quod  
ei opponitur, quod est vti. Vti quidem præsupponit  
quod cum vsu, salua rei substantia, maneat: sed abuti  
exigit, quod cum actu huiusmodi rei substantia con-  
sumatur: cum abuti nihil aliud quam contra naturam  
vsus vti in hac materia proprie possit dici. Licet autem  
quis re vsu abusuque iure vtendi separato à dominio vel  
coniuncto, nec à aliquo potest constitui, nec à quo-  
quam haberi. Et quod talis vsus constitui habeat, ex  
hoc patet, quod dare vel constituere quod suum non  
est, nec ad se pertinet, ne mo potest licet in re illa  
dare possit aliter quam sit suum. Actus autem ipse vtendi  
ad vrentem pertinet in quantum quis suorum actuum  
per liberū arbitrium & voluntatem dominus dicitur,  
cum per illos non exerceat valeat, vel etiam exerceat:  
non autem actus ipse vtendi ad eum pertinet, qui con-  
cedit ali, quod in re sua actum illum valeat exercere:  
quod vtique nihil est aliud, quam quod actum suum ad  
rem concedentis ad actum suū vtens valeat applicare.

Denique molestum esse demonstrat Ecclesiæ Ro-  
manæ de his bonis procuratores constituere, litigare.  
De qua questione tertia verba Ioannis sunt. [Cum autem Hæ-  
retici (cap. 4.) inter nonnullos viros scholasticos sæpe cōtin-  
gant in dubium reuocari, vtrum pertinaciter affirmare  
redemptorem nostrū ac Dominum Iesum Christum huius  
eiusque Apostolos in speciali nō habuisse aliquam, nec in  
communi etiam hæreticum sit censendum, diuersa & multa  
aduersa etiam sententibus circa illud: Nos huic con-  
certationi finē imponere cupientes, assertionem hu-  
iusmodi pertinacem, cum scripturæ sacræ, quæ in ple-  
nisque locis ipsos nonnulla habuisse asserit, contradicat  
expresse, ipsamque scripturam sacram, per quam vtique  
fidei orthodoxæ probantur articuli, quo ad præmissa  
fermentū a parte supponat continere mendacii, ac per  
consequens quantum in ea est, eius in totum fidem  
cuans, fidem catholicā reddat, eius probationem ad-  
mens, dubiam & incertā deinceps erroneam fore cen-  
sendam & hæreticam de fratribus nostrorum consilio  
hoc perpetuo declaramus edicto. Rursus in posterum  
pertinaciter affirmare, quod redemptori nostro præ-  
dicto eiusque Apostolis iis quæ ipsos habuisse scripturæ  
sacræ testatur, nequaquā ius ipsis vtendi competent,  
nec illa vendendi seu donandi ius habuerint: aut ex ip-  
sis alia acquirendi, quæ tamen ipsos de præmissis fe-  
cisse scripturæ sacræ testatur, seu ipsos potuisse facere  
supponit expresse: cum talis assertio ipsorum vsu &  
gesta euidenter includat, in præmissis non iusta: quod  
vtique de vsu, gestis seu factis redemptoris nostri Dei fi-  
lii sentire nefas est, sacræ scripturæ contrarium, & do-  
ctrinæ catholicæ inimicum: assertionem ipsam perti-  
nacem de fratribus nostrorum consilio deinceps erro-  
neam fore censendam merito ac hæreticam declara-  
mus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-  
nam nostrarum declarationum infringere, vel ausu ei  
temerario contraire. Hac vero in sententia non dis-  
sentium, Nicolaus enim expresse veram esse concedit  
Dominum & Apostolos aliquando strictissimam, ali-  
quando laxiorem paupertatem habuisse, docet.

Contra tertiam partem de Christi, & Apostolorum  
paupertate Ioanni 22. obieiebant ibidem cap. 5. [Il-  
lud quod per clauem scientiæ in fide ac moribus se-  
mel diffinierunt Romani pontifices, adeo immutabi-  
le perseverat, quod illud sacro effori reuocari non licet  
in dubium, nec contrarium affirmare: licet de iis quæ  
per cla-



per laudem potestatis ordinauerint, asserant secus esse. In confirmatione autem regulæ ordinis fratrum Minorum, Honorii tertii, Gregorii noni, Innocentii quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti prædecessorum nostro, summi pontificum hæc verba asserunt contineri: Hæc est regula Evangelica Christi & Apostolorum imitatrix, quæ nihil in hoc mundo habet propriam vel commune, sed in rebus huiusmodi, habent simplicem usum facti: his addere præsumentes præfatos summos Pontifices, & multa concilia generalia per clauem scientiæ diffinisse paupertatem Christi & Apostolorum constituisse perfecte in expropriatione cuiuslibet temporalis domini civilis & mundani, & sustentationem eorum in solo & nudo usu facti, etiam constituisse: ex quibus huiusmodi concludere, non licuisse nec licere ipsorum successoribus contra præmissa aliquid immutare. ]

Respondet Ioannes falsa esse. [ Quod autem si sequenter proponitur in ratione prædicta: videlicet, quod in confirmatione & declaratione regulæ fratrum Minorum, nonnullorum prædecessorum nostrorum, videlicet Honorii tertii, Gregorii noni, Innocentii quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti verba huiusmodi continentur: Hæc est regula Evangelica, & cetera supraposita, vbi ibi, in nudo usu facti etiam constituisse patet: prorsus obuiat veritati. Honorius quidem præfata regulam absque declaratione aliqua confirmauit: in cuius confirmatione de verbis prædictis mentio aliqua non habetur, ut liquere potest cuilibet confirmatione huiusmodi inuenti, nisi quatenus de vita Evangelica habetur mentio in ipsa regula confirmata: ibi est dictum: Hæc est regula fratrum Minorum, videlicet, Domini nostri Iesu Christi sancti Evangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, & castitate. Ex quibus verbis concludi potest, quod per ipsum prædecessorem nostrum ea quæ ipsi in verbis prædictis asseruit, fuerint definita: immo potest concludi potius, quod vita Evangelica quam Christus & Apostoli tenuerunt habere in communi aliquid non excludit, cum sine proprio viuere, non exigit, quod sic viuentes nihil habeant in communi. In declarationibus quoque Gregorii, Innocentii & Alexandri prædictorum, qui eandem regulam absque confirmatione alia declarant, similes nulla prorsus fit mentio de prædictis: imo per eos videtur ostenditur eorum quæ habere licet ipsis fratribus, usum iuris ad ipsum ordinem pertinere. Gregorius quidem in sua declaratione quantum ad hoc interuenit quæ sequuntur: Dicimus, quod nec in speciali, nec in communi debent habere proprietatem: sed vtrumlibet librorum, & rerum mobilium, quas licet habere, ordo usum habeat, & fratres secundum quod Generalis Minister & prouinciales ordinandi duxerint, huiusmodi videntur, Innocentius autem & Alexander præfati in suis declarationibus sic dixerunt: Dicimus insuper, quod cum in ipsa regula contineatur expresse, quod fratres nihil sibi approprient, neque domum, neque locum, neque aliquam rem, quod nec in communi, nec in speciali debent proprietatem habere, sed locorum, & domorum, & vtrumlibet, & librorum, & eorum quæ licet habere, ordo usum habeat: & Fratres secundum quod Generalis & Prouinciales Ministri ordinandum duxerint, huiusmodi videntur. Cum enim dicatur in declarationibus supradictis, quod ordo usum rerum habeat præmissarum, ad usum iuris necesse est hoc referri: facta quidem quæ singulorum sunt, personam veram exigunt quædam & requirunt: ordo autem vera persona non est, sed representata & imaginaria potius est censenda: quare quæ sunt facti, sibi vere conuenire nequeunt, licet ei possint congruere quæ sunt iuris. Adhuc licet declaratione Nicolai quarti prædicti contineatur quæ sequuntur: Hi sunt illi sanctæ regulæ Professores, qui Evan-

gelico fundantur eloquio, vitæ Christi roborantur exemplo, fundarumque militantis Ecclesiæ Apostolorum eius sermonibus & actibus firmanantur. Et post in eadem declaratione subiunxit, dicens quod ab dicatione proprietatis omnium rerum tam in speciali quam in communi propter Deum, meritoria est sancta, quam & Christus vitæ perfectionis ostendens verbo docuit & exemplo firmavit: quamque primi fundatores militantis Ecclesiæ, prout ab ipso fonte hauserant, in volentes perfecte viuere per doctrinam ac vitam ipsorum alios direxerunt: Ex verbis tamen prædictis nequaquam potest colligi, quod præfati prædecessores nostri Nicolai intentio fuerit dicere, quod dicta regula quoad omnia quæ continentur in ea, Evangelico fundatur eloquio, ac vitam Christi roboretur exemplo: nec quod Apostolorum vita & actibus sit firmata. Constat enim multa contineri in dicta regula, quæ nec Christus verbo docuit, nec exemplo firmavit: utpote quod præcepit conditor regulæ fratribus vniuersis, ut nullo modo denarium vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam, nec non & de multis aliis contentis in dicta regula: quæ utique nec Christus nec Apostoli verbo docuerunt, nec firmauerunt exemplo. Nec obstat, quod Christus portare pecuniam Apostolis & discipulis, dum ipsos ad prædicandum mitteret, interdixit: quod tamen antequam eos mitteret ipsis fuisse legimus interdixit. Quodque post reditum pecuniam portauerunt, in plerisque locis Evangelica veritas & Apostolica dicta testantur. ]

Hæc igitur consideranti facile apparet, in re fidei nullum fuisse certamen, præsertim cum ipse Ioannes tam operose ostendat, nihil se contra prædecessores statuisse, ne quidem in rebus illis, quæ ad fidem non pertinent, an vero in rebus usu consumptibilibus distinguatur usus à dominio, adhuc controuertitur. Mihi videtur duplex usus, alius omnino absolutus, ut cui est panis, si possit eum comedere, donare, vendere, corrumpere ac suo arbitrio disponere de illo absolute. Alius usus est certa lege comprehensus, ut cum Minoribus panis datur, quem comedant, non possunt donare, aut vendere, vel alium in usum eum impendere. Hic usus absolutus non est, sed ab alio pendet, ideo dominium est penes illum, cui est potestas moderandi usum; De usu enim illo alius statueret non posset, nisi ab eo dependeret, id fieri autem proprie potest, si dominium rerum habeat. Nam cum in ipsas personas ius non habeat, necesse est in rem habeat, atque ita usus rei consumptibilis, & dominium differunt. Nec refert si domino nihil accedat emolumenti; nam potestas est, & dominium, nec aliud quaeritur, quam ut altissima paupertati sit consultum, & ordo sanctissimus inuiolatam paupertatem, omnium rerum possessione, & cupiditate exutus conseruet.

## VERSUS II.

*In quamcunque autem ciuitatem aut castellum intraveritis, interroga-  
te, quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis.*

## QUESTIO I.

*Quis dignus sit?*

§. I. Interest Christi & Apostolorum, ut postquam docendi, sanandique munere functi sunt ad aliquem qui dignus sit eorum consortio accedant, & hominibus iudicio sibi deligant. Quamuis enim Christus conuersaretur cum peccatoribus, atque ad eos diuerteret, cum fugere non æquum tamen iudicauit, nec suis honestum ad homi-

DAVID GUNZ  
in  
Evangelia  
CWI  
18



hominem infamem, contumacem, rebellem diuertere, aliud est enim conuersari, & monere, etiam ad conuiuium accedere, aliud est longiore tempore vti hominis hospitio. Dignus ergo censetur, qui hospites sanctos excipiat, vir honestus, boni testimonii, quique contentiose veritati non reluctetur. Neque enim de iustitia, & interna dignitate intelligendus est dominus. Quis enim ea de re prudenter interrogari, quis libere, secureque respondere possit? Talem hospitem postquam inuenissent, manere ibi iubet, donec vrbe exeant. Quod Lucas indicat, cum ait, *Nolite transire de domo in domum*, quasi praesentium fastidiosi, & ad commodiora tendentes. Itaque digni non sunt hoc loco illi, qui opponuntur canibus, & porcis, non enim de illis, quibus annuncandum sit Euangelium loquitur, sed de Euangelistarum hospitibus.

Nec peccatores indigni, nam ad eos mittuntur medici; clamant vero, *ut agant poenitentiam*, dubio procul poenitentia indigi, ac proinde peccatores.

§. 2. Musculus hoc loco impugnatur meritum congrui. [Quid facit et doctor aliquis non gratia, sed meriti humani? ille mox disputaret de merito congrui & condigni. Istam dignitatem, de qua Christus hic loquitur, tribueret bono morui viribus humanis elicitio: vocaret meritum congrui, quo gratia prima promeretur: deinde adderet, illud vero meritum non sufficere ad salutem, sed opus esse merito condigni: hoc est, bonis operibus, quibus homo dignus redderetur vita & salute aeterna. Ista pestis summo opere cauenda est, & firmiter tenendum, ex viribus humanis nos nec gratiam, nec salutem promereri aliquo merito, siue congrui, siue condigni: sed omnia caelestis gratia computanda, esseque salutis aeternae participem eum dignum, de quo iam dixi, qui nempe oblatam gratiam, quam nunquam promeruit, de qua nunquam cogitauit, non recusat, sed cupide amplectitur, id quod illi dantur facit, qui ad hoc praordinati sunt.]

Profecto Doctor meriti humani illud diceret; at sane Catholicis nequaquam. Nemo enim Catholicorum est, qui dicat naturae viribus, sine gratia praeniente, & fide de congruo hominem mereri, & si forte quispiam ita diceret eum Concilium Tridentinum damnaret, sess. 6. c. 5. & 6. can. 1. 2. & 3. Meritum enim de congruo non est, nisi ex gratia adiuuante ad poenitentiam dispositio. Meritum porro de congruo, non est cui merces debetur ex iustitia Dei promittentis, sed quadam conuenientia operis. Non enim meritum de congruo certum est. Promissione enim diuina non nititur, qua sola merces certa decernitur. Est igitur meritum de congruo cui Deus mercedem interdum dat de congruo, quia opus est à gratia profectum, habetque aliquam ad praemia proportionem, non tamen ex iustitia & misericordia, sed sola misericordia; quia cum nil promiserit, nil debet, at vero homini iustificato, & bene operanti praemium dat ex misericordia, simul & iustitia, quia daturum se promisit.

#### VERSUS 12. 13. 14.

*Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. Et qui cumq, non receperit vos, neque au-*

*dierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem, de pedibus vestris.*

#### QUESTIO I.

*Quod praemium recipientibus, & poena non recipientibus Euangelium?*

§. 1. Pacem adferunt Apostoli recipientibus, poenas Sodomorum supplicis grauiore reicientibus. Multi ea verba: λέγοντες, εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. Dicentes pax huic domui, omittunt, hodierna Graeca pleraque non habent; quinque libri apud Beza habent. Legit Hilari. Chrysost. Theophylactus, codex Romanus, at Franciscus Lucas, in vtriusque notis iudicat omittendum. Syrus omittit, tantum enim habet, *שלום בית* Schalom schelameth debetha, Postulate pacem domus. Quod si ea quae sequuntur consideremus, facile apparebit, formam salutationis adiunctam fuisse, non enim dicit Christus; redibit ἀποστολὴς vestra, seu salutio vestra ad vos, sed pax vestra, quod quidem in Syro satis intelligi potest conuenienter dictum, cum salutio sit pacis precatio, in latino tamen & graeco aliquid desiderari videtur. M. h. i. Lucae 10. 6. controuersia decisa videtur, *Dicite primum, εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. Pax huic domui*, verba ergo illa Dominus protulit, & verba sunt salutationis, quo loco Syrus eodem modo habet.

§. 2. Pax redibit ad Apostolos, ut eam aliis offerre, illique Euangelium praedicare possint. Nam illi pacem tenentes, indignos se iudicant regno Dei; ut Act. 13. habetur, atque ita contingit, quod ita solet: ἀποστρέψαντες τοὺς πόδας ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀνέστησαν. Incredulitates viros multos perdidit. Quod vero quaedam habent reuertitur, alia reuertitur, sensum non mutat. Graeca habent *ἐπιστρέψαντες*, reuertitur, nostrum textum adiuvat Luc. 10. 14. 6. ubi habet, *ἀναστρέψαντες*, reuertitur. Itaque vel bis dixit Dominus, vel in futuro dixit: lectio enim controuersae alia certa corrigenda est.

§. 3. Pulueris excussio, grauem execrationem imponenti in eos, qui fidem datam violantur. Itaque cum tantam Dei gratiam repudiarent, nihil sibi cum illis fore protestantur, nihil lucris causa egisse, quin ipsum puluerem refundere: Imo vereri ne vel contactu pulueris tam impiae ciuitatis contaminentur, ipsum insuper puluerem in suprema die eorum contumacia, & impoenitentia testaturum, futurumque; ut instar pulueris quem tu: bo raprat ad exitium vsq; ventilentur, ut Psal. 1. 5. Deus impiis minatur. Quibusdam in codicibus est *ἐξω*, in aliis deest. In Graecis & Syriacis est, *de domo vel ciuitate illa, ἐκείνης*, quod etiam est in Hilario, & habet manuscriptum Iohannis Hentenii.

§. 4. Ridicule Wolfgangus Musculus accusat hoc loco anabaptistas. [Delinquent etiam hic anabaptistae, qui cum non solum non recipientur nec audiantur, sed eiciantur etiam ex viribus, eiectioni recurrunt contra istam Christi praecptionem. Sed quid opus est haec regula Christi illis, qui nec à Christo mittuntur, nec doctrinam Christi, sed suas opiniones obtrudere cupiunt.]

Nonne idem in Gallia, Belgio, Germania fecerunt semper, faciuntque Calviniani? Nonne se ingerunt, & vno ostio emissi, per decem redeunt? Non est autem tem mens legislatoris, ut cum primum resistitur, aut persecutio mouetur, continuo desperent, si multi resistunt, aliqui conuertentur. Non excuso ne farium anabaptistam zelum, sed officium doctoris ostendo, post mille carceres, & exilia redeat, si animis illius aduentus salutaris futurus est.

#### QUESTIO



## QVÆSTIO II.

An pœna legationem Apostolicam repudiantium  
mator futura sit pœna Sodomo-  
rum?

**§. 1.** Peccatorum inæqualitatem cōtra stoicos Chri-  
sti comparatio ex pœnarū differentia demon-  
strat. Hier. hoc loco. Tolerabilior enim illis, his into-  
lerabilior imponetur. Verum cum Sodomitæ fuerint  
homines pessimi, eorumque terra ita deleta sit, ut vlg;  
ad extremum iudicium sit exemplū execrationis, mi-  
rum videri possit tot eorum sceleribus vnum reiectū  
Euangelii peccatum grauius aestimari. Quod ut intel-  
ligatur, statuendum est, comparationem vel esse de  
pœna temporali vtriusque populi: Vel de pœna æter-  
na. Deinde non comparari singulorum peccatis So-  
domitarum, peccata Iudeorum, sed cum inter eos  
fuerint inæqualiter criminosi, & inter Iudeos: maxi-  
mos horum maximis illorum, minores peccatores  
minoribus conferri.

**§. 2.** Comparatio vero est totius gentis cum gente;  
& de pœna æterna, non temporali; de ea cui adiudi-  
candi sunt in æternum, *ἀνεργετοὶ ἔσονται* inquit. Illa  
enim dies, & dies iudicii absolute posita extremum diem  
significant, Sodomitum pœna temporalis subita fuit,  
penitentiamque antevertit, Iudeorum productior,  
sed de æterna pœna agitur. Etenim plurimi, qui hanc  
prædicationem reiecerunt, ad Titianam cladem non  
vixerunt, ideo suo fato defuncti pœnam temporalem  
non sustinuerunt singularem.

**§. 3.** Quomodo grauius horum peccatum est? Pri-  
mo quidem ex genere, & natura peccatorum: etsi e-  
nim Sodomitum peccatum omnia naturæ iura de-  
struit, & nefanda libidine bestiarum furores superat:  
Odium tamen, inuidia, ira que contra Deum, & san-  
ctos Apostolos grauius est malum. Inter omnia enim  
peccata odium Dei, obiectatio, malitia quæ diabolo  
opera Spiritus sancti adscribit, sunt grauiissima. Atque  
in eo Theologi, & Philosophi sane consentiunt.

Alterā causa est, quia contemptus verbi Dei, & A-  
postolorum, in illis grauiissimus fuit, quos tot mita-  
cia, non, inultrata non permoueant; contemptus  
Iudeis, quæ uelle ex magnis peccatis, consuetudine, & obdu-  
ratione proficiscitur, omnia vero erant in Aposto-  
lorum contemptoribus, quam Sodomitæ grauiora;  
nam infra c. 11. 23. *Quia si in Sodomitæ, inquit, facta fuissent  
miracles, quæ facta sunt in te, forte mansissent vsq; in hanc diē.*  
Sodomitæ ergo illis auxiliis, gratia præueniente &  
uocatione obtemperaturi erant, quibus durities Iu-  
deorum obstitit, grauiiores ergo erant inter Iudeos  
peccatores, ciuesque Bethsaidæ & Caphernaumeni  
deteriores Tyriis & Sidoniis. Nam illa peccata, quæ  
Apostolus Rom. 1. a versu 16. recenset, in Iudeam  
quoque exundauerant, nec simpliciter, sed cum in-  
genti sanctitatis iactatione. Ex quo facile apparet, So-  
domitis Iudeos meliores non fuisse, moribus, repu-  
dio vero salutis, operumque mirabilium despectu, &  
obrectatione deteriores. Præsertim Saducai, qui  
erant Iudeorum Epicuræi. Quod si ille contemptus  
tam est grauis, quanto grauior erit verbi Dei maleuola  
ad impietatem peruersio, qualis est apud Caluina-  
nos? Quantis pœnis calumniæ eorum punientur, qui  
ne a vitis excidentur, in quibus velut graui & caro so-  
pore obtorpuerunt, monitiones oderunt, monitores  
vitro accusant, simularumque contra eos suscipiunt?

**§. 4.** S. Irenæus lib. 4. cap. 47. demonstrat veteris  
& noui Testamenti vnum fuisse co: diorem, qui &  
Loth miserit Sodomitæ, & Apostolos Iudeis. Valde,  
inquit, infestus ostendebat præsbyter eos, qui ex his quæ ac-  
ciderunt his, qui olim Deo non obtemperabant, tentant alte-

rum Patrem introducere, & contrario opposites quanta Deus  
ad saluandos eos, qui reuerunt eum, veniens fecisset miseran-  
dorum: tacentes autem de iudicio eius, & quacunque proue-  
niunt his qui audierunt sermones eius, & non fecerunt. Et quo-  
niam expediebat eis, si non essent nati. Et quoniam tol-erabi-  
lius Sodomitæ & Gomorra erit in iudicio, quam ciuitati illi, quæ  
non recepit sermonem discipulorum eius. Quemadmodum e-  
nim in Novo Testamento, ea quæ est ad Deum fides hominum  
aucta est, additamentum accipiens filium Dei, ut & homo fie-  
ret particeps Dei: ita & diligentia conuersationis adaucta est,  
cum non solum a malis operibus abstinere iubemur, sed etiam  
ab ipsis malis cogitationibus, & otiosis dictionibus, & sermo-  
nibus vacuis, & verbis scurrilibus. Sic & pœna eorum qui  
non credunt verbo Dei, & contemnunt eius aduentum, & con-  
uertuntur retrorsum, adimplata est, non solum temporalis,  
sed & æterna facta.

Quomodo Sodoma fuerit exemplum execratio-  
nis, ira que diuinæ, Ex Epist. 1. Petri 2. 6. & Epist. Iudæ  
colligitur. Videatur & Augustin. lib. 2. ciuit. cap. 1.  
Hæc etiam ex sententia apparet, quam erret in rebus  
diuinis humana prudentia. Quotidie ad lacum A-  
sphaltitem seu Sodomiticum Iudæi obuerlabantur,  
triste pœnarum monumentum oculis ingerebatur,  
Sodomæos exerebantur, se iustos & Deo caros con-  
fidebant, pronunciat tamen iustus iudex; Tolerabilius  
fore terræ Sodomitum in illa die, quam Iudeis.

## VERSVS 16.

Ecce ego mitto vos sicut oves in medio  
luporum. Estote ergo prudentes  
sicut serpentes, & simplices sicut  
columbe.

## QVÆSTIO I.

Quomodo oves Apostoli?

**§. 1.** Non Apostolorum modo est illa conditio, ut  
sint quasi *ἀόλυντοι*, hoc est, oves in medio lu-  
porum relictæ, quibus nec defendendi facultatem vi-  
res, nec effugiendi velocitas præstet; sed omnium, qui  
ad impios cōuertendos accinguntur; vitia enim præ-  
ter turpitudinem, hoc etiam habent, ut curari no-  
lint, nec modo laborem, sed periculum etiam me-  
dis creent. Vnus lupus gregem ouium perdit non fa-  
me, sed laniandi dulcedine: quid hic futurum arbi-  
tremur, si pauca oves innumeris lupis obiciantur?  
sed conclusit ora luporum, qui olim & Leonum, ca-  
pillorum in seruis suis calculator. Atque hoc signum  
est Ecclesiæ, & veri doctoris cum a malis persecutio-  
nibus vexatur: sic enim natura comparatum est, ut o-  
vis lupi insidiatur, non ouis lupo, ita mali affligunt  
bonos, non boni malos. Sic etiam S. Athanas. Archi-  
episc. Alexand. contra Arianos lib. 4. Discipulos item  
huius verbi admonuit: Ecce mitto vos ut oves in medio luporum: aut si fa-  
stus igitur prudentes ut serpentes, & simplices sicut columbe.  
Quæ quidem verba ideo locutus est, non ut naturaliter iumen-  
ta efficerentur, aut serpentes & columbe: non enim tales ipse boni.  
nos condidit, ac proinde nihil tale ipsa natura recipit: sed ut  
nos luporum quidem impetus affectusque irrationales defuge-  
remus, serpentis autem prudentiam animaduertentes, non si-  
nereimus nos fraudibus circumueniri, & ex columba mansue-  
tudinem mutauerimur.

**§. 2.** Sanctus Athanasius de communi essentia Patræ,  
& Filii, & Spiritus S. docet, quod Trinitas Apostolos mittat,  
hunc enim titulum præponit, & addit. De Patre dicit, Trinitas to-  
In montem Sion venit annunciator Euangelii, & Euangelii  
annunciatores, quos aduocauit Dominus. De Filio, Ecce mitto  
vos quæstiones in medio lupos. De Spiritu in actis dicit, Qui autē  
miserant a Spiritu sancto, venerunt Seleuciam. S. igitur Dei  
est ad-

DAVID GUNZ  
in  
Euangelia  
Cui  
18



est aduocare, cui spiritus per Prophetas loquitur. Hac dicit Dominus. Aut cui Spiritus illi, qui Antiochie erant, dixit. Segregate mihi Paulum et Barnabam in hoc opus ad quod vocati eos. Disce igitur vires Trinitatis. Pater legem condit, Filium iubet, Spiritus sanctus auctoritatem addit. Audi Deum loquentem, qui Euangelium annuntiant, venient quos Dominus aduocauit.

Dictum ad Apostolos Domini est. Eſote prudentes vt ſunt ſerpentes, & ſimplices vt columbe. Per quod diſtinctum a ſe animantium inefſe nobis voluit naturam, ſed ita vt ſerpentium prudentiam columbe ſimplicitas temperaret, & ſimplicitatem columbe prudentia ſerpentis inſtrueret: fieret & ſimplex ſapientia & ſapientis ſimplicitas: quod præceptum in huius fidei expoſitione ſeruatum eſt.

Iraque & Christus Deus est, quid uina auctoritate mittit, & pericula prædicat, & suâ missos liberat potentia.

Qua sim-  
plicitas ve-  
ra.

§. 3. Duo vero à suis postulat; vt sint *simplices sicut columba*, & *prudentes sicut serpentes*. Simples vocat Syrus תמימים *thamime*, perfectos, in quodam veteri libro est ἀπλῶς *aplos*, *simplicissimi*. Græcus vocat ἀνεπίχθους sine cornibus; nam ἐπίχθισι est cornu petere, ita plurimi interpretantur, verum alia potior est interpretatio, vt sit ἀνεπίχθους in scire. Itaque vult esse non mistos, non adulteros malitia, sic vinum dicitur οἶνον ἀνεπίχθους, vinum non mistum. Eadem significatione Plato dixit lib. 1. de Rep. ἀνὴρ ὃ ἀδελφεῖς ἐστὶ, καὶ ἀνεπίχθους, illa vero illa *sa est*, & *non mista*, non vitiatas, non noxæ adiunctione afflita; proprie ἀνεπίχθους ad liquorum diserform mangon a pertinet, vt cum balsamum communi oleo adulteratur:

*Aut Chia infusâ vina domantur aquâ.*

Innoxia simplicitati serpentina prudentia longiuit,  
non qua calcaneo hominis infidientur, sed qua sibi  
cauteant. Cumenim vi, & dolis oppugnentur, con-  
tra vtrumque Spiritus sanctus eos communice. Idcirco  
additur v. 17. *Cauete autem ab hominibus. Tradent enim  
vos in concilia, & in synagoga sua flagellabunt vos.*

Oues luporum victi-  
ces.

Qua simplicitate prudente, & simplice prudentia ones ipse capros liquos plurimos in ones commutavit. Nec ledi quid millos voluit, à quibus læduntur. Itaque nec vult simplicitatem facilem decipi, nec astutiam nocendi artificem : sed cum ingenuitate morum, cavendi prudentiam. Atque ex eadem mente brevissime Nazianzenus in illis esse oportere ait: *αὐθεντὶ αὐθεντὶ νεκροῦ μυστρίν, bonitati intelligentiam commisit.* & contemperavit. Vide 1. Cor. 14. 20. Eph. 1. 15. & 16. Col. 1. 4. 5.

Heretici  
Catholico-  
rum sim-  
plicitatem  
irrident.

§. 4. Valentiniani Catholicis simplicitatem, quasi  
 fatuitatem obiectare solebant, ut testatur Tertullia-  
 num lib. contra Valentinianos c. 2. *Verus autem do-*  
*cendo persuadet, non suadendo docet.* Ideoque simplices nota-  
 mur apud illos, ut hoc tantum, non etiam sapientes: quasi sta-  
 tim desinere cogatur à simplicitate sapientia, Domino vtrang-  
 iungente: *Estote prudentes ut serpentes, & simplices ut colum-  
 bae.* Aut si non propterea insipientes, quia simplices, num ergo  
 & illi propterea non simplices, quia sapientes? Nocentissimi  
 autem qui non simplices, sicut plurissimi qui non sapientes. Et  
 tamen malim in eam partem, meliores sumi vitio. Si forte pra-  
 estat minus sapere quam peius, errare, quam fallere.

Catholico-  
rum pru-  
dencia.

Quia hoc ipsum culpant, quod Biblia singulis legenda, intelligenda, iudicanda non committimus. Cum ea ex re plurimum incommodi ipsi sentiant, perpetuaq; ac constante inconstancia fidem mutant. Non optamus populum simplicem esse sine prudentia, sed audire & legere scripturas, sed interpretationem non suo, sed Ecclesie, & SS. PP. iudicio accipere. Nimirum sciamus est illa prudentia, quæ omnibus contemptis sibi soli innuitur, atque hoc ipso incogitatis omnibus suis quæritur. Hoc denique non omitterendum; in Syro testamento titulum huius parti

preponi, In commemoratione sanctoꝝum martirꝝum, du-  
plici documento. Videlicet martyres in ea Ecclesia  
festa sua habu-ſſe, & honorari ſolitos. Et prudentia  
cauendi non in eo conſiſtere, vt officioſo deſint, ſed  
vt opportu-ſe ſiaudes, & calumnias, & aliquando  
mortem ipſam euitent. S. Cyprianus de unitate Ec-  
cleſiæ, *Tu-ber nos*, inquit, eſſe ad innocentiam ſimplices, &  
tamen cum ſimplicitate prudentes.

Qui hic Synedria seu Concilia, & Synagogas ita distinguunt, vt has Iudæorum, illa Bethnicorum dicant, non satis considerant, etiam Concilia, & Synedria apud Iudæos esse confessus Iudicim, inde enim dictam esse iudicium Sane diu, quæ vox à Græcis accepta est. Synedriorum mentio est in codice, de Iudæis, l. 1. §. 7. Iudæorum. Dicuntur dicendi in testimonium, quia iuxta ceteris regibus, & principibus, Iudæis & generibus iustificabantur verbis, & f. c. ceteris de veritate Christi, eorumque errore, iustaque incredulorum damnatione.

VERSUS 19. 20.

*Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.*

QVÆSTIO I.

*An nihil praemeditari de responsione  
oporteat?*

**S.** R. C. Raue est homini pio, captiuum, & aulica  
ciuitatis ignaro, litrum fugitanti ad tribu-  
nalia trahi, <sup>ut</sup> ~~neque~~ <sup>non</sup> solet, sollicitæ, & anxie cogitare  
quid loquatur, & quomodo. Verba enim omnia tri-  
banis administrant captaunt, vt innocentissimos in la-  
teos inducunt. Quamvis autem sit verbū Græcū  
hic positum, quod anxiam cogitationem significat,  
ideoque multi non omnem præmeditationem, sed  
eam quæ est cum diffidentia coniuncta, prohiberē vo-  
lunt; verba tamen Christi vniuersæ sunt intelligenda,  
vt nihil de causa sua statuāt martyres, sed re Deo  
commendata horā illud momentū expectent. Nam  
si in illa hora dabitur, & dabitur à Deo, superflua  
est cura præmeditationis; quantacunque enim pri-  
us sentiat, eloquentiaq; defensionem suam animo com-  
prehensam teneat, non melius causam suā aget, quam  
ipse Spiritus sanctus, necesse illi anteponeat debet, vt  
tanto patrono se priuet, qui non verbo modo funde-  
ret, sed multo magis animos permouere possit. Abso-  
lute itaque illa accipio. Voluit enim Deus suos care-  
re sollicitudine accusationem & defensionem medi-  
tandi, quæ cura à caritate, & deuotione auocare pos-  
set; vt videmus in illis, qui causam suam agunt, tan-  
to, tamque laborioso conatu, vt cogitare aliud non  
possint. Quod si aliquam curam admittamus, eamq;  
vel vilem, vel necessariam dicamus, non mediocriter per-  
captios perplexos reddemus, vt statuāt, quousque  
progrediendum sit. Deinde deterior esset condicio-  
radium, & indifferetorum, at vero nunc cō omnibus elo-  
quentia, & prudentia promittitur. Magnificè au-  
ctores ita nos instruunt. D. Cyprianus animandis  
martyribus exercitatusissimus. Ipsius enim esse, inquit,  
quod vincimus, & quod ad maximi certamine palmarū salu-  
tati aduersario peruenimus, declarat & docet Dominus in  
Euangelio suo, dicens: cum autem vos tradiderim, nolite co-  
gitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis  
*illa ho-*



illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Et iterum: Ponite in cordibus vestris non praemeditari excusare. Ego enim dabo vobis & sapientiam, cui non poterunt resistere adversarii vestri. In quo quidem & credentium magna fiducia est, & culpa gravissima perfidorum; non credere ei qui se opem suam daturum confidentibus pollicetur, nec rursus eundem timere, qui eternam penam negantibus comminatur.

**§. 2.** Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris qui loquitur in vobis. Qui ergo nos sumus, illi qui cura nostra placeamus, & statuamus, quid loquentur? domi sit Spiritus sancto. Ille loquitur, qui & vincit. Ille primarius auctor est, nos administrari, sensum & ora commodamus. Pulchre Cyprianus Ep. 9. Quam laus, ait, illi Christus fuit, quam libens in talibus servis suis & pugnavit & vicit protector fidei, dans credentibus tantum, quantum se credit capere, qui sumit; certamini tuo, prelatores atque assertores sui nominis erexit, corroboravit, animavit. Et qui pro nobis mortem semel vicit, semper vincit in nobis. Cum vos, inquit, tradiderint, nolite cogitare, quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Documentum rei praesens praelium praeiit. Vox plena Spiritus sancto de martyris ore prorupit, cum Mappalius beatissimus inter cruciatus suos Proconsuli diceret? Videbis cras agnoscere. Et quod ille cum virtutis ac fidei testimonio dixit. Dominus implevit.

**§. 3.** Hinc esse martyrem non posse, qui in Ecclesia non sit, Epistola 54. docet: quia Spiritum patris non habet. Primo, inquit, idoneus esse non potest ad Martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad praelium: & mens deficiit, quam non recepta Eucharistia erigit, & accendit. Dominus enim in Evangelio suo dicit: Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Quando autem dicitur, in traditis atque in confessione nominis constitutis Spiritum patris loqui; quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inveniri, qui non prius pace accepta receperit Spiritum patris, qui corroborans servos suos ipse loquitur & constituitur in vobis. Quia scilicet confessio primario est opus gratiae, non humanarum virium.

**§. 4.** Abusi sunt hoc quidam apud Wolfgangum Musculum ignavi concionatores, qui idcirco ab omni preparatione, & lectione scripturarum abstinebant, quod dicerent, se a Spiritu sancto expectare, & accipere quae pronuntiaturi essent. Verum voluit nos Deus scripturae legendae insistere, imitari die ac nocte, haec enim ad pietatem pertinent, at martyres defensionem ante patere vetuit. Concionatori meditati, martyri non laboranti daturum promisit.

## VERSUS 21. 22.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium. & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

## QUESTIO I.

Quae persecutio, & quanta?

**M**agnitudo, & crudelitas persecutionis ex multitudine hostium ostenditur, & affectu. Odio enim omnibus hominibus, hoc est, plerisque, plerique enim mali. Vel omnibus malis, qui opinione de reli-

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

gione dissident, ita plerique interpretantur. Deinde apud fratres, parentes, propinquos latebrae solent esse miseris, superstitionis autem rabies omnia iura humanitatis, omnes caritates violat, ut sua in viscera satiant, & piam sevitiam esse arbitrentur. Bella enim religionis irreconciliabilia esse solent.

**§. 2.** Tertullianus hoc loco contra Gnosticos vertitur, qui negabant ad posteros Apostolorum pertinere persecutionis disciplinam, sed eorum supplicii finem negant. Quamquam, inquit, & si omnem hanc persecutionem doctores conditionabilem in solos tunc Apostolos destinasset, utique per bant. illos cum toto sacramento, cum propagine nominis, cum tra- duce Spiritus sancti, in nos quoque spectasset etiam persecutio- nis obunda disciplina, ut in hereditarios discipulos & Aposto- lici seminis fructices. Nam & rursus ad Apostolos dirigit: Ecce ego mitto vos tanquam oves in medio luporum. & cauere ab hominibus; tradent enim vos in confectus, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad praefides & Reges perducentur mei cau- sa in testimonium illis & nationibus, & cetera. Quum autem subiicit, Tradet autem frater fratrem, & pater filium in mor- tem, & insurgent filii in parentes, & mortificabunt eos: ma- nifeste iniquitatem istam in ceteros pronuntiavit, quam in A- postolis non invenimus. Nemo enim eorum aut fratrem aut patrem passus est traditorem, quod plerique iam nostri, dehinc ad Apostolos revocant: Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Quanto magis nos, quos a parentibus quoque tradi o- portet. Ita ipsa hac permissione nunc ad Apostolos, nunc ad om- nes disponendo, eundem in universos nominis exitum effun- dit, in quibus confederit nomen cum odii sui lege. Qui autem sustinuerit usque in finem, iste salvus fiet. Quid susinendo, nisi persecutionem, nisi traditionem, nisi occisionem? Nec e- nim aliud est sustinere in finem, quam pati finem.

## QUESTIO I.

An perseverantia certa sit?

**§. 1.** Primum hinc patres deducunt, posse sanctos perseverare, posse excidere. Loquitur hic de illis qui sancti sunt, qui propter Deum persecutionem patiuntur, qui tamen non omnes saluantur, sed illi tantum, qui perseveraverint, usque ad finem. Atque hoc est, quod de bono patientia S. Cyprianus monet: Non queruntur in Christianis principia, sed finis. Quocirca praecipue circa tempus passionis humilitatem requirit. Epist. 6. de cura pauperum. Et Dominus quoque dicit: Qui toleraverit usque ad finem, hic salvabitur. Imitentur Dominum, qui sub ipso tempore passionis, non superior, sed humilior fuit. Ita Cyprianus, & recte, toleraverit, hoc est enim tolerans & perseverans, sumptum a milite, qui stationem non deserens, vulnera patitur, & sustinet: Est proprie hostilem impetum sustinere. Et idem de unitate Ecclesiae. Confessio exordium gloriae est, non meritum iam coronae, nec perficit laudem, sed initiat dignitatem. cumque scriptum sit; Qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit: quidquid ante finem fuerit, gradus est, quo ad fastigium salutis ascenditur, non terminus quo iam culmini summa teneatur. Confessor est, sed post confessionem periculum maius est: quia plus adversarius provocatus est. Con- fessor est, hoc magis stare debet cum Domini Evangelio, per Evangelium gloriam consecutus a Domino.

Indicat igitur in gradu posse deficere confessorem, ut fastigium non attingat. Imo postquam in vertice stetit, decidere potest, ut eodem libro Cyprianus do- cet. Nec quisquam miretur, etiam de confessoribus quosdam ad ista procedere, inde quoque aliquos tam grandia, tam gra- via peccare. Neque enim confessio immunem facit ab insidiis diaboli, aut contra tentationes, & pericula, & incursus, atque impetus seculares, adhuc in seculo positum perpetua securitate defendit. Quisquis enim confessor est, Salomone maior, aut me- lior, aut Deo charior non est. Qui tamen quamdiu in via Do- mini ambulavit, tamdiu gratiam quam de Domino fuerat consecutus obtinuit: Postquam dereliquit Dominum viam, per-



instituta re-  
cedente co-  
rona iusti-  
tie aufer-  
tur.

didit & gratiam Domini, sicut scriptum est, Et excitauit Do-  
minus Satan ipsi Salomoni. Et ideo scriptum est, Tene quod  
habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quod utique Domi-  
nus non minaretur, auferri posse coronam iustitiae, nisi quia  
recedente iustitia, recedat necesse est & corona. Confessio exor-  
tationis glorie est, non meritum iam coronae; nec perficit laudem,  
sed initiat dignitatem; cumque scriptum sit, Qui persevera-  
uerit usque ad finem, hic saluus erit, quicquid ante finem fue-  
rit, gradus est, quo ad fastigium salutis ascenditur, non termi-  
nus quo iam culminis summa teneatur. Confessor est, sed post  
confessionem periculum maius est, quia plus aduersarius pro-  
uocatus est. Confessor est; hac magis stare debet cum Domini  
Euangelio, per Euangelium gloriam consecutus a Domino; ais  
enim Dominus, Cui multum datur, multum quaeretur ab eo,  
& cui plus dignitatis adscribitur, plus de eo exigitur seruitutis.  
Vbi igitur sunt, qui iustitiam semel datam negant a-  
mitti posse? qui nimia securitate etiam iustos per-  
dunt?

## VERSVS 23.

*Cum autem persequentur vos in ci-  
uitate ista: fugite in aliam, amen  
dico vobis, non consummabitis ci-  
uitates Israel, donec veniat filius  
hominis.*

## QUESTIO I.

*An fuga licita sit in persecutione?*

§. 1. **O**mnino hoc ex loco docuerunt in persecutione  
fugam permissam esse, praeteritum S. Atha-  
nasia cui fugam aduersarii frequenter obiecerunt.  
In apologia ad Constantium, & Epistola ad orthodo-  
xos. Fuga, inquam, non ut per ignitiam vitae consi-  
latur, sed ut commodius fides propagetur. Imo Atha-  
nasia praecipuum fugae tradidit ait: In consummatione  
porro saeculorum, cum aduenisset illud ipsum verbum pa-  
tris, quod Moysi antea locutum fuerat, rursus praecipuum fu-  
giendi condidit, Cum vos (inquiens) persecuti fuerint, in ci-  
uitate ista, fugite in aliam: pauloque post subiicit, Cum vi-  
deritis illam abominationem desolationis, quae dicta est per  
Danielem Prophetam consistentem in loco sancto, qui legit,  
intelligat, tum qui in iudaea sunt, fugient ad montes: & qui  
in tecto est, ne descendat ut aliquid tollat ex aedibus suis: &  
qui in agro est ne retrorsum se convertat ad vestimenta.

§. 2. Quomodo autem fuga sit aliquando licita,  
aliquando iusta, crebro veritas docet S. Augustinus ad  
Honoratum, omniaque distincte exponit. Non esse  
fugiendum si Ecclesia necessario ministerio destitua-  
tur. Quis autem credat, ait, ita hoc Dominum fieri voluisse,  
ut necessario ministerio, sine quo vivere nequeunt, deserantur  
greges quos suo sanguine comparauit? Nancquid hoc fecit ipse,  
quando portantibus parentibus in Aegyptum paruulus fugit,  
qui nondum Ecclesiam congregauerat, quae ab eo deserere fuisse  
dicamus? Non igitur Ecclesia destituenda est.

Cum speciali-  
ter aliqui  
impetitur  
aliquis  
cibaria conserui suis, quos aliter vivere non posse nouerunt.

Tertio cum omnium est commune, id est, Episco-  
porum & clericorum est commune periculum, si qui  
aliis indigent, non deseruntur ab iis, quibus indigent.  
Id vero sic interpretatur, ut si non omnes vel fugere,  
vel manere velint, aut possint, aliqui maneant, atque  
sic maxime probat caritatem, ut animas pro omnibus  
ponant.

§. 3. Refert Episcopum quendam dixisse: si domi-  
nus nobis imperauit fugam in eis persecutionibus ubi potest fru-  
ctus esse martyrii, quanto magis debemus fugere steriles passio-  
nes, quando est barbaricus & hostilis incursus? Verum est quae-  
dam & acceptabile, sed his quos Ecclesiastici officii non tenent  
vincula. Nam qui clades hostiles ideo non fugit, cum possit effa-  
gere, ne deserat ministerium Christi, sine quo non possunt ho-  
mines vel fieri, vel vivere Christiani, maiorem charitatem inui-  
nit fructum, quam qui non propter fratres, sed propter seipsum  
fugiens atque comprehensus non negat Christum, suscipitque  
martyrium.

Quin & ipse Honoratus dixit: Si in Ecclesia persequen-  
dum est, quid simus nobis vel populo profuturi non video, nisi  
ut ante oculos nostros viri cadant, feminae constuprentur, in-  
cendantur Ecclesia, nos ipsi tormentis deficiamus, cum de nobis  
quaeritur, quod non habemus.

Cui responderet Augustinus, non debere esse plebis  
nostrae certam defectionem propter illa incerta. Nam  
si mala illa certa essent, omnes fugerent, nec opus es-  
set manere Episcopum, Episcopos vero quosdam Hi-  
spaniae culpae, quod non remanserint, & mercena-  
rios appellat. Athanasium in eadem excusat Epistola,  
quod ipse peculiariter a Constantio quaeretur, &  
plebs, eius fuga non destitueretur.

§. 4. Tertullianus lib. de fuga in persecutione, c. 6.  
Apostolis fugam esse praeciptam ait, non nobis. Imo,  
inquit, quia praecipuum adimpleuit, fugiens de ciuitate in ci-  
uitatem. Sic enim voluit quidam, sed & ipse fugitiuus argu-  
mentari, & qui proinde noluit intelligere sensum Domini il-  
lius pronuntiationis, ut eam ad velamentum timiditatis sua  
vtantur, cum & personas suas habuerint & tempora & causas.  
Cum caeperint, inquit, persequi vos, fugite de ciuitate in ciui-  
tatem. Hoc in persona propria Apostolorum, & in tempora, &  
in causas eorum pertinere defendimus, sicut praecedentes & sub-  
sequentes sensus probabunt, qui non nisi in Apostolos compe-  
tunt: In viam nationum ne ueritis, & in ciuitatem Samaritanorum  
ne introieritis, sed ite potius ad oues perditas domus  
Israel. Nobis autem & via nationum patet, in qua & inueni-  
sumus, & vsq; in finem incedimus: & nulla ciuitas excepta est,  
quo per totum orbem predicamus: sed nec cura nobis Israel  
inueniuntur, extra ordinem, nisi quia & omnibus gentibus pre-  
dicare debemus. Etiam si apprehendamus, non in concilia-  
rum perducemur, nec in synagogis illorum flagellabimur, sed  
Romanis vtique, potestatibus & tribunibus obiciemur. Sicut  
tunc & fuga praecipuum, Apostolorum conditio desiderabat, quoniam  
primo predicandum erat ad oues perditas domus Israel.  
Vt ergo perciperetur praedicatio, apud quos priores eam potius  
oportebat, ut panem ante filii quam canes sumerent, ideo illi  
fugere tunc ad tempus praecipit, non propter eludendum pericu-  
lum proprio nomine persecutionis (atque in persecutiones eos pas-  
suros praedicabat, & tolerandas docebat) sed propter praecipuum  
annuntiationis, ne statim oppressi, Euangelii quoque, dissimula-  
tio perimeretur. Neque enim quasi tacite in aliquam ciuitatem  
transfugiendum erat, sed quasi vbique, annuntiatorum, & ex hoc  
vbique, persecutiones subituras, donec repleant doctrinam suam.  
Denique: Non consummabitur, inquit, ciuitates Israel. Ad  
intra terminos iudaeae praecipuum fuga continebatur. Nobis au-  
tem nulla iudaeae praefinitio competit praedicationis, in omnem  
iam carnem effuso spiritu sancto.

Duo illius firmamenta sunt; Hoc ante resurreccio-  
nem esse factum; & ideo secum fuisse, ut facilius in pos-  
terum Euangelium praedicare possent. Verum prius fal-  
sum est, hoc enim praecipuum ad hanc missionem non  
pertinet, neque enim in ea persecutionem perpassi sunt,  
nec in mortem traditi. Alterum commune est. Nam  
causa fugiendi esse non debet; metus, ignauia, amor  
vitae, sed ut operam suam necessariam melioribus rem-  
poribus referant. Fuga igitur sit ex consideratione ne-  
cessitatis aliorum, non conturbatione formidinis. Sit  
potius certamen manere cupientium, quam fugere  
conantium. Nemo vero excipiat personam suam, ut  
si videatur excellere aliqua gratia, & propterea vitae,  
& ob hoc fuga esse digniorem. Quisquis enim hoc  
putat, nimirum sibi placet.



§. 5. De quo filii hominis aduentu loquatur inter doctores, controuersum est. Triplex sententia. Prima, agere eum de gratio aduentu, & dicere, non consummaturas ciuitates Israel donec ipse auxilio veniat, ac adiuet, ac sensum esse, se ad singulas vrbes venturum ante, quam omnes absoluant. Hæcideo minus mihi probatur, quod hac in missione persecutionibus agitati non sint, nec fugerint. Alii de aduentu solenni in vrbem Ierosolymitanam: quod eadem ratione refutatur.

Itaque de Domini aduentu, qui erit in extremo iudicio, sermo est. Agit enim de persecutione quæ futura erat ætate Apostolorum, & sequentibus sæculis, cum fratres, filii, & parentes se mutuo sunt tradituri, de quæ fuga multorum, quibus nunquam deerunt vrbes Iherusalem quæ latibula præbent.

## VERSUS 24. 25.

*Non est discipulus super magistrum,*

*nec seruus super Dominum suum.*

*Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius.*

*Et seruo, sicut Dominus eius, si patrem familias Beelzebub*

*vocauerunt; quanto magis domesticos eius?*

## QUESTIO I.

*An non discipulus melior magistro?*

§. 1. **C**onstat ex Thalmudistis apud Hebræos pro uerbium fuisse; cuius sensus est, discipuli quidam discipulus est, non esse meliorem conditionem, quam sit eius magistri; Christus tamen absolute id de se pronunciat; nemo enim illi par est, nemo secundus. S. Irenæus aduersum hæreses l. 5. c. 31. ex eo probat nobis definitum à Deo tempus resurrectionis seruandum esse, quia & Christus sustinuit, donec resurrexerit. Nemo enim, inquit, est discipulus super magistrum; perfectus autem omnia erit, sicut magister eius. Quomodo ergo magister noster non statim euolans abiit, sed sustinuit à Patre resurrectionis sua tempus, (quod & per totum manifestum est) post triduum resurgens assumptus est. Si & nos sustinere debemus definitum à Deo resurrectionis nostre tempus, prænuuntiatum à prophetis, & sic resurgentes assumpti, quotquot Dominus ad hoc dignos habuerit.

§. 2. Ceterum hinc Iudaicum reducebat; Iesus enim legales caerimonia obseruauit, non ergo meliore conditione eius discipuli esse debent. Ita Epiph. de Cæstibus seruauit quidem ille caerimonia ut probas esse, atque à Deo institutas ostenderet, ne etiam infirmis scandalum præberet, nō tamen suos obligari voluit, quia accedente luce umbras fugauit. Ita nihil est quod hæretici non conuertant in suam perniciem.

§. 3. Melius ex verbis adiunctis Christum esse Deū demonstrat Athanasius de æterna substantia filii & Spiritus sancti, contra Sabell. Alibi rursum, inquit, Dominus se paternæ familiæ ostendit, vixit vnicus filius: si patrem familiæ Beelzebub nuncupauerunt, quanto magis domesticos nuncupauerunt? Quapropter Iesum Christum Deum esse qui Dominus sit vnusorum cuius manifestum est. Atque ibi tum ait: Non omni qui dicit mihi, Domine, Domine, intra in regnum celorum, (continuo subinfert, quibus patrem suum intelligit) sed qui facit voluntatem patris mei qui in celo est. Habes igitur filium, habes patrem, ne extrinsecus diuinitatem: Natura enim distincti non sunt, neque item, qui de duobus loquuntur, ab alieno genitum à genitore.

Adami Conzen in Enang. Tom. 1.

## VERSUS 26. 27.

*Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur:*

*Et occultum, quod non sciatur.*

*Quod dico vobis in tenebris, dicit*

*te in lumine. Et quod in aure au-*

*ditis, predicare super tecta.*

## QUESTIO I.

*Quomodo v. 26. & 27. sensu cohereant?*

§. 1. **D**ifficile multis visum, conciliare illa: Ne ergo timueritis, causam enim subiungit: nihil enim opertum quod non reuelabitur. Ne aliorum opiniones adferendo in te quæ mihi clarissima videtur, moram faciam, breuiter sic explico. Duas persecutionis partes proposuit, quæ connexæ fuerunt, calumnias, falsas accusationes; & tormenta, cruciatibusque corporum, qui tum vehementer contristant, cum violenter & contumeliose, sed tamen quasi optimo iure inferuntur, supplicis enim ludibria adduntur: vt miseri videantur, nec miserescentes, contra vtrunque malum Apostolos præceptor munit. Primo ne calumniis affliti animo cadant; si enim patrem familiæ, ducem, dominum, Deum ita conuictiati sunt, vt Beelzebub, hoc est, principem demonum seu tæternum esse dicerent, non debent eorum timere maledicta, discipuli, serui, filii: à patris inimicis laudari probrosum est, amari, suspectum; deinde nec timere incommoda, quæ dominus pertulit; ne ergo inquit timueritis eos, et si veneficos, imo dæmonas vocitent, persequanturque, Beelzebub per contemptum vocatum Deum muscarum à Iudæis credo. Non tamen nomen ipsum erat contemptibile, 4. Regum. 1. 2. Ochozias enim nuncios mittit, ite & consule Beelzebub deum Accaron; quem certe contumeliæ causa ita non vocabat, à quo vaticinium expectabat, quem Deo Israelis impie præferebat.

Quamquam cognomina probrosa video aliquando sine contumelia usurpata esse. Ita Prolo maus dicacitate Egyptiorum *Phonias* vocabatur, hoc est, internum & crassum intestinum, in quod faeces recipiuntur, quod obesus abdominis instar factus esset. Ille tamen nummos in inscriptione eius nominis inscripsit; videmus quoque nobiles Romæ familias ex vitis nomina usurpasse, vt Labeones, Frontones, Nafones, Vari, Planci dicerentur, ita fieri potuit, vt nomen ex probro inditum, tandem commune esset, & apud cultores idoli daretur laudi. Verum vt ad institutum redeam. Nolite timere ne Euangelio obster infamia. Ea enim tantummodo nōcebit, quamdiu veritas in oculo later, tandem reuelabitur vestra innocentia, & aduersariorum nequitia. Omnia enim occulta in lucem producet iustus iudex. Dixit olim Pindarus, ὅτ' ἐλέγχεον μόνον ἀνθρώπων ἐν τῷ μόνῳ χρόνῳ. Veritatem firmam à tempore solo ostendit. In hac quidem vita non omnium rerum, in illa die etiam omnium omnino cogitationum. Nunc interdum nō *δουεὶν ἔχοντες* ἀνθρώπων βιάζονται, vt dicebat Simonides, opinio etiam aliquando veritatem violenter premit. Verum cito discussa nebula pura in luce æternæ iustitiæ resurgit.

§. 2. Hinc aliam conclusionem inferit. Quod etiam in aule auditis predicare super tecta. Ne utinam hebraeorū conuicta, ne timidis euangelizet. Veritas ipsa vincet, & vobis defendet. Tecta plana, & loricata erant,

Matthias Guntz  
in  
Euangelia  
Cvi  
18



Deuter. 22. 8. Prædicare super tecta, parcemia erat, quum publice res promulgabatur. Quod ad lectionem attinet monet Luc. Brugenſis nonnullam diuerſitatem fuiſſe.

# VERSVS 28.

*Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius time eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.*

## QVÆSTIO I.

*Quæ mala Christianis timenda ſint?*

Mors temporaria non timenda.

§. 1. **D**E conuictis, & ſiniſtra fama contemnenda dixit; nunc de cruciatu agit, & morte, & contra eorum metus operoſius illos munit. Maiorem enim horrorem incuriunt tormenta, & mortes, quam verba. Ratio eſt egregia. Non eſt ille timendus, qui in vitam corporis, al oqui dimittendam, poteſtatem exercet, ſed ille, qui & corpus occidere, & animam perdere poteſt, & corpus in gehennam. Tyranni crudelitas diu ſeruare non poteſt; ſi atrociam iubeat, cito deficit corporis imbecillitas, in animum ius ille nullum habet, at Deus, ſi eum negaueritis, & animam, & corpus æterno ſupplicio addicere poteſt.

Medicorum atheiſmus.

§. 2. Hinc medicorum quorundam inſania confutatur, qui Galenum ſecuti, vt arbitrantur, animam nihil reſeruat quandam, ſeu qualitatum miſturam, & con-temperationem exiſtimant. Si enim perdi, & cruciari anima poteſt, ſubſtantia viua eſt, nec à corpore dependens. Corpus igitur occidunt illi quidem, animam minime, quæ tamen ſi reſeruat eſſet, & corporis qualitas, eo in puluerem redacto euaneſceret. Optime S. Cyprian. Ep. 56. ad Tibaritanos. Venit, inquit, Antichriſtus, ſed & ſuperuenit Chriſtus. Grauat & ſauit inimicus, ſed ſtatim ſequitur Dominus paſſiones noſtras & vulnera vindictaturus. Iraſcitur aduerſarius & minatur, ſed eſt qui poſit de eius manibus liberare. Ille metuendus eſt, cuius iram nemo poterit euadere, ipſo præmonente & dicente: Ne timueritis eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.

Vltra mortem ſeruando non nocet occiſo, ſed ipſe ſe infamat.

Et in eundem ſenſum Athan. ad Antiochum q. 17. Vnde, ait, poteſt declarari, quod tempore mortis, non vna cum corpore moriatur anima quoque? ſic enim quidam opinantur. Reſponſio. Verbum Chriſti & Dei noſtri clariſime nos docet, quod corpus noſtrum mortale, & quod immortalis ſit anima noſtra. Inquit enim Chriſtus: Nemetatis ab iſtis qui occidunt corpus, animam vero non poſſunt occidere. Vnde conſtat quod anima hominis immortalis ſit, & à Deo exiſtat.

Opus eſt hiſce diſputationibus contra eos qui occulte impietatem inſillant, & atheiſmum. Si enim anima eſt temperatura, non eſt reſurrexio, perierunt omnia virtutum decora, & vitiolorum opprobria. Sunt hæc contra ipſam, qua nituntur Philoſophiam, verum ad nequitiam illis ſatis eſt, rem controuerſam feciſſe: vt ſi homines de virtutum præmiis, & vitiolorum pœnis dubios effecerint, faciant Dei contemptores. Audiant S. Ambroſi. l. 6. Exameron. Anima igitur noſtra ad imaginem Dei eſt. In hac totus eſt homo, quia ſine hac nihil eſt, ſed eſt terra & in terram reſoluetur. Denique vt ſcias quia ſine anima caro nihil eſt, Nolite, inquit, timere eos qui poſſunt corpus occidere, animam autem non poſſunt. Quid igitur in carne præſentis qui nihil amittis ſi carnem amiſeris? Sed illud time, ne animæ tuæ defrauderis auxilio. Quam enim debet homo commutationem pro anima ſua, in qua non exigua ſui portio, ſed totius humanæ vniuerſitatis ſubſtantia eſt. Hæc eſt per quam ceteris ſerarum auumq, dominari animantibus: hæc eſt ad ima-

Homo ſine anima pulvis.

ginem Dei corpus autem ad ſpeciem beſtiarum. In hac pium diſtina imitationis inſigne, in illo cum ſeris ac belluis vile conſortium. Quin & Tert. ex his verbis tam reſurrectionem, quam animæ immortalitatem aſſerit, de reſurr. c. 34. Porro autem recipimus animæ immortalitatem, vt perditæ non in interitum credatur, ſed in ſupplicium, id eſt, in gehennam. Et ſi ita eſt, iam non animam ſpectabit ſalus ſaluam, ſcilicet ſua natura per immortalitatem, ſed carnem potius, quam interibilem conſtat, apud omnes. Aut ſi & anima interibilis, id eſt non immortalis, quod & caro, iam & carni forma illa ex aquo proſpicere debet, proinde mortali & interibili, qua id quod perit, ſaluum facturus eſt Dominus.

## VERSVS 29. 30. 31.

*Nonne duo paſſeres aſſe veniunt: & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre vſtro? Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos.*

## QVÆSTIO I.

*Qualis Dei erga ſuos ſit prouidentia?*

§. 1. **C**onſolationis efficacia, & ſuauiſſas in eo maxime conſiſtit, quod certo nobis conſtet, niſi hil poſſe omnem Satanæ molitionem, aut impetum, niſi quantum diuina prouidentia permiferit. Loqui- tur enim de peculiani prouidentia, qua amicos ſuos dignatur, non quod aliarum rerum non etiam cognitionem directionemque habeat. Tertullianus ad ſolos electos reſtringit, l. de reſurr. carnis. Nam eſſi paſſeribus hoc non licet, ſed nos multis paſſeribus aſſiſtamus, eo quod cadentes reſurgamus. Quorum denique capillos capiti omnes numeratos aſſiſtans ſaluos vtiſque reſpromittit, perituros enim quæ ratio in numerum redeſſet?

§. 2. Caluiniſtam prouidentiam ſibi imaginatur, quæ omnem contingentiam tollat, & abſolutam omnium euentuum neceſſitatem inducat. Verum tam à ſuis, tam vero à Catholicis ſolide reſutatus eſt. Abſolutam ſane neceſſitatem Bertius etiam nondum Catholicus doctè fortiterque confutauit l. de apoſtaſia ſcñtorum, & olim Auguſtinus. Deus enim nec prouidendo, nec videndo cogit eſſe quod prouidet, aut videt. Eodem modo arguitur Franc. Bröckeruſſnam ſi eſt prouidentia, inquit, ergo in vnâ partem omnia determinata, ergo abſolute neceſſaria. Reſpondent tamen Philoſophi & Theologi: prouidentiam non efficere vt neceſſario eueniat, niſi quorum cauſæ neceſſariæ ſunt, quæ vero cauſas habent cōtingentes, etiam contingenter, quamuis inſalubriter, euentura præuide. Itaq; cōtinua moderatione, & procuratione mundus gubernatur, cōditione variæ mortalibus proponuntur. Vide Athan. q. 70. ad Antiochum, & 101.

## QVÆSTIO II.

*An Deus minimarum rerum ſit creator?*

§. 1. **A**than. l. 3. contra Arianos probat Deum eſſe rerum etiam minimarum creatorem. Quod ſi, ait, Deum quaſi ſaſtidiolum dedignabundumq, creandi, vnum tantaxat ſilum condidiſſe velint, eique condidit reliqua deinde condenda mandaſſe quaſi vicario, & ſuccenturiato, id eſt indignum Numine in quo nihil eſt ſaſtus, & ab ipſo Dominoreſellitur, cuius ea verba ſunt: Nonne duo paſſeres aſſe veniunt? non tamen ne vnus quidem ex iſis in terram cadet ſine patre vſtro, qui eſt in cœlis.

Si enim gubernat ſingula, ſi in numero tenet & paſſe-



& passerum plumas, & capillos hominum, cur non dicamus etiam illa omnia condidisse?

¶ 2. D. Cyprianus Epist. 69. Eodem argumento Ecclesia ordinationem, regimen, & sacerdotes Deo esse demonstrat, reprehenditque illos, qui causam p. omotos esse dixerunt, idcoq; vt indignis detrahebant. *Nonne, inquit, duo passeres auereneunt, & neuter porcum cecidit in terram sine patris voluntate? & probet maiestas eius & veritas sine conscientia & permisso Dei etiam minor non fieri, tu existimes sacerdotes Dei sine conscientia eius in Ecclesia ordinari? Nam credere quod indigni & incesti sint qui ordinantur; quid aliud est, quam credere quod non a Deo, nec per Deum sacerdotes eius in Ecclesia constituantur?*

Assen quoque Cyprus appellat, quod in Græco  
 εἰς ἀσσηνίον, quod tamen apud Varr. l. i. de analo-  
 giis, dimidia pars assen, & vt Georg. Agricola assis  
 seminales non libralis. Percussus est lege Papiria, vt sit  
 quarta pars vncie, vt vncia eius respectu sit *πεντασσε-  
 ριον*, quatuor asses continens, Erasinus minurum vo-  
 cat, Syrus *σικκος* assar. Solet vero as pro minima mo-  
 neta accipi & confundi as & *δισσος* *σικκος*

VERSUS 32. 33.

Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cælis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis est.

QVÆSTIO I.

*An ad salutem necessaria sit fidei confessio?*

In Gratia est & ipso in me confessus fuerit, & ex  
iuratus, in ipso. Itaque sensus est, qui me domi-  
num, redemptorem, preceptorum confessus fuerit,  
cum ego quoque pro me agnoscam: & patri com-  
mendabo, ita Cyprian. Epist. 57. Quod in illis est, ait, to-  
lerauerunt quicquid tolerare parati & prompti fuerunt. Qui  
setormis & morti sub oculis Dei obtrulit, passus est quicquid  
patroluit. Non enim ipse tormentis sed tormenta ipsi defue-  
rant. Qui in me confessus fuerit coram hominibus, & ego in  
illis confitebor coram patre meo, dicit Dominus. Confessi sunt.  
Qui tolerauerunt usque ad finem hic saluus erit, Dicit Domi-  
nus. Tolerauerunt & ad finem usque incurrunt & immacu-  
lauerunt suarum merita perculerunt.

Optime omnino, voluntas enim pro factō habetur. Necessariam portō esse confessionem natura ipsa nos docet, si enim subditi pro rege depugnant, cur deus Dei pro domino non loquatur? cur eum pūctū sui creatoris? imo & redemptoris? Confessione igitur Christi à cæteris infidelibus disjungimur, vt Athanasius ait: Atqui hinc est quod ab Ethnicis dissecimus, & segregati sumus, ne impuri idololatri admisceremur: dissecimus quoque à Iudæorum blasphemia, dum filium Dei agnoscimus, & eam perniciosam abnegationem cutimus, dicente Domino nostro: Quicumque abnegauerit me coram hominibus, abnegabo & eum coram patre qui est in caelis. Nos porro confitemur filium ex patre esse, & semper eum cum patre esse, ipsi dicenti credimus, vbi inquit: Quicumque me confessus fuerit coram hominibus, & confitebor, & agnoscam eum coram patre meo qui est in caelo. Cum igitur tale exemplar intueremur sub nomine Christianismi, digressi à gentilitate, qui opera Dei, Deos appellare, & adorare non verentur. Disiungimur quoq; à Iudæis, qui Christianismum in Iudæismum depravant, & ab iis qui Deum ex Deo infantes, Deum vnam, itidem vt Iudæi prædicant, quique non ideo quod solus su ingenuus, & solus filius Deitatis, solum Deum nominant,

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

sed quia infacundiores eum, magisque sterilem existimant,  
quam ut pignat vivens.

S. 2. Mira nequitia hæc verba gnoscisci olim perue-  
terunt, vt enim suos à martyrijs & persecutionibus exi-  
merent, non in terra, sed in cælo confitendum dixe-  
runt, Quos cõtra Tertullianus insurgit, l. cõtra gno-  
sticos: Illos autem celestes homines si expõgulem mihi ostendat, Confiteandũ  
facilius Aratus, Ptolemaeus, & Cepheus, & Erigonem, & Ariadnen non in cælo,  
inter sidera delinabit. Quis autẽ prohibuit Dominũ illic etiam sed in terra:  
confessionem hominum faciemdam determinare, vbi suam fu-  
turam aperre pronuntiauit: Vt ita esset positũ, Qui in me con-  
fessus fuerit coram hominibus in cælo, & ego in illum confitebor  
corã patre meo qui in cælis est: eripere me debuit ex isto terrendo  
confessione errore quam suspicari noluisse, si cõfessione præcepisset,  
quia nullo alios homines noueram præter incolas terre, ne ipso  
quidem adhuc in cælo homine confecto. Quæ porro fides rerũ, In cælo non  
vt post excessum ad superna sublatũ; illi probet, quo non nisi probandũ,  
tam probatũ imponeret: illis de recepta examinaret, quo nisi sed probatũ  
admitteudũ peruenire non possem. Christiano cõfessũ ante patet admittũ,  
quam via quia nulla via in cælum nisi vbi patet cælum: quod tur-  
qui attingit, intrabit. Quas mihi potestates ianitricis adfor-  
mas iuxta Romanam superstitionem, & Cardem quandam &  
Forculum & Limentinum, quas à cancellis ordinas potestates?  
Si vnaquã legisti apud David. Auserte portas principes vestras,  
& subleuentur porte æternæ, & intrabit rex gloria, si item au-  
disti apud Amos: Quasi cõfessum suum adificat in cælos, & pro-  
fusione suam fundat in terras: scito & a cõfessum illum exinde  
complanatum vestigia Domini, & introitũ exinde referantur  
viribus Christi, nec vllam mortũ aut quætionem in limine Chri-  
stianis occurratur, qui non dignoscĩ habeant illic, sed agnoscĩ:  
nec interrogatĩ, sed admittĩ. Nam & si adhuc clauis putas  
cælum, memento clauis eius hic Dominum Petro, & per eum  
Ecclesie reliquisse, quas hic vnusquisq; interrogatus adhuc con-  
fessus seros secum: Sed adfuerat diabolus illic confitendum, vt  
suadeat hic negandum. Pulcra videlicet documenta præmittas  
bonas tecum clauis seram, timorem eorum qui solum corpus  
occidunt, anime autem nihil faciunt: commendatus ero huic In cælo non  
præcepti desertione, honeste in cõfessionibus stabo, qui in terrenis sunt tenta-  
tione non potius, sustinebo maiores potestates, qui minoribus cessi: tiones.  
merebor deniq; admitti iam exclusus. Suppetit adhuc dicere, si  
in cõfessionibus confitendum, vel negandum est, na vbi alteram, i-  
bidem vtrumq;. Emula enim quæq; concurrunt. Etiam per-  
secutionem in cælo agitari oportebit qua confessionis, negationis  
ue materia est. Quid itaq; cessas audacissime heretice, toti or-  
dinem Christiana confessionis in superna transerre, & in pri-  
mis ipsam nominis odium illic collocare, vbi ad patris dextram  
presidet Christus: illic constitues & synagogas Inductor fones  
persecutionum, apud quas Apostoli flagella perpassi sunt, & po-  
pulos nationum cum suo quidem circo: vbi facile conclamant,  
vsquequo genus tertium. Sed & fratres nostros & patres & fi-  
lios & iocres & nurus & domosuos nostros ibidem exhibere  
debetis, per quos traditio disposita est: item reges & prefidos &  
armatas potestates, apud quas causæ purganda est. Erit certe et-  
iam carcer in cælo carens sole, aut ingrati luminosus, & vin- Nec tormen-  
cula fortasse de zonis & eculeus axis ipse qui torquet: tum sila-  
pidanus Christianus, grandines adernit: si vendus, fulmina  
pra manu sunt: si trucidandus, Orionis armati manus operabitur:  
si bestia finiendus, vsus septentrio emittet, zodiacus taur-  
ros, & leones. Hæc qui sustinuerit in finem, iste erit saluus. Er-  
gone & finis in cælo, & passio, & occisio, & prima confessio. Et  
vbi caro omnibus ista necessaria, vbi corpus quod solum ab ho-  
minibus habet occidi?

S. 3. Apparet autem Gnosticos effugium quaesisse  
in illis verbis, *in me*, quæ optime Tertullianus inter-  
pretatur. *Manifesta*, inquit, c. 9. contra Gnosticos, (p.  
opinor) est & depmno & ratio, tam confessionis quam nega-  
tionis, etsi dispositio diversa est. *Qui* Christus annuntia-  
tur, Christi esse testatur: qui Christi est, in Christo sit necesse  
est. Si in Christo est, in Christo virg. confiteatur. cum se Chri-  
stianum confiteatur. Hoc enim non potest esse, nisi sit in Christo.  
Porro in Christo confitendo, Christum quoq; confiteatur qui sit  
S. 3. in Chri-



in Christo, dum & ipse in illo est, vixit Christianus. Nam etsi diem dixeris, lucis rem ostendisti qua diem prestat, licet non dixeris lucem. Ita etsi non directo pronuntiavit, Qui me confessus fuerit, non est diuersus actus quotidiana confessionis à sensu Dominice pronuntiationis. Quod enim est qui se confitetur, id est Christianum: etiam id per quod est confitetur, id est Christum: Proinde qui se negauit Christianum, in Christo negauit, negando se in Christo esse, dum negat se Christianum: & Christum autem in se negando, dum se in Christo negat, Christum quoque negabit. Ita & qui in Christo negauerit, Christum negabit. Et qui in Christo confessus fuerit, Christum confitebitur. sufficiens igitur & si de confitendo tantummodo Dominus pronuntiasset, ex forma enim confessionis contrariò quoque eius prauidicaretur, id est negationi, perinde negationem negationem rependi à Domino, quem admodum confessione confessionem. Et ideo quum in forma confessionis etiam negationis conditio intelligatur, apparet non ad alium modum negationis pertinere, quod de ea aliter Dominus pronuntiavit, quam de confessione, dicendo: qui me negauerit, non qui in me. Prospexerat enim & hanc vim plerumque in expugnatione nominis subsecuturam, ut qui se Christianum negasset ipsum quoque Christum compelleretur blasphemando negare.

Confessio si-  
dei hereticis  
est fides.

§. 4. Gnosticonum causam nostri Calviniani susceperunt, graue enim visum illis est, cum periculo confiteri, mallet sola fide, eaque occulta saluari. Obicit Musculus in persona confiteri detrectantium: Si fidei tribuitur iustitia & salus, quomodo necessario exigitur confessio? ergo non iustificat, & saluat sola fides. Respondet ille; non hoc agi, sed confessionem nihil diuersi habere à fide. Nihil enim aliud esse, quam verè fidei testimonium & fructum. [Quemadmodum, inquit, & de fide & operibus cum loquimur, non duas res à se inuicem diuersas proferimus, sed opera locamus in locum testimonii de vera fide. Potest autem fieri ut opera quibusquam habeat sine fide. Huic nihil prosunt opera. Rursus potest fieri ut fidem quis simul et sine operibus, illi nihil profuerit opinio fidei, quæ non vera sed mortua est, si oportunitas adfuerit benefaciendi. Ita & de confessione Christi loquimur. Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.]

Fidem, & opera Apostolus disiungit; & Calviniani pariter, hi cum sola fide, sine operibus saluari nos posse putant. Quod si sola fides absque operibus saluat, etiam saluat absque confessione; si negauerit Christum, negabitur, hoc est, damnabitur, ergo confessio necessaria est, & necessarium ne neget, negatio enim mortale peccatum est. Quam confessionem negligendam cenſeant sectarii, ex eo patet, quod de lege Dei solent docere. Monet Christus confitendum esse, negantiſio Christi, mutua negationem comminatur. Quid ad ista Lutherus? c. 4. Gal. totum hoc genus contemnit. [Si sentias terrorem legis, dicas: Lex non audiam te, quia habes impeditam & tardam linguam. Deinde, plenitudo temporis iam venit, ideo liber sum. Non feram igitur amplius imperium tuum. Ex hisce discat ut in causa iustificationis contemptissime de lege loquaris exemplo Apostoli qui legem vocat elementum mundi, mortiferas traditiones, virtutem peccati, nam si permiseris legem in conscientia dominari, cum tibi res est cum peccato & morte, reuera nihil aliud est lex, quam omnium malorum hæresium & blasphemiarum sentina, quia tantum auget peccatum. Quare hic sit prudens es, longissime ableges Moſen balbum & blesum cum sua lege, neque villo modo te moueant terrores & minæ ipsius. H. c. simplici et sit tibi suspectus, & hæreticus, excommunicatus, damnatus, deterior Papa, & diabolo, ideo prius non audiendus. Debemus quidem extra conscientiam facere ex ea Deum, in conscientia vero est vere diabolus. Discat igitur plus legem & Christum duo contraria esse prius incompatibilia. Ante Christum est sancta, post Christum

est.

est. mortis. Ideo ubi Christus venit, nihil simpliciter scire debemus de lege.]

est. mortis. Ideo ubi Christus venit, nihil simpliciter scire debemus de lege.]

Quod vero etiam legem confessionis ad aliam vitam cum Gnosticis releget ex eodem commentario constat. [Ideo alluefacies te, ut veniente lege & accusante conscientiam, dicas; Domina lex, non in tempore, sed nimis mature venis expecta adhuc quadringentos & triginta annos. Hi si transacti fuerint venient poteris. Sed tum veniens nimis tarde venies, quia quadringentis & triginta annis præuenit te promissio, cui tu adfueris, & in ea suauiter acquiesco. Ideo nihil mihi tecum, non te audio; iam enim viuo cum Abraham credente.]

Præclara sane consuetudo, ut legem Dei, quam nobis Psalmus 118. toties commendat, tam irrisorie dimittere. Quid enim Christus? si me negaueris coram hominibus, negabo te coram patre meo. Quid ad hæc Lutherus? Nimis mature venis, domine legislator, veni post quadringentos & triginta annos. Porro si fides & fidei confessio eadem sunt; omnia quæ de fide dicuntur, etiam de confessione dicenda sunt, at sane confessio, & negatio opera sunt, à fide omnino distincta.

## VERSUS 34. 35. 36.

*Nolite arbitrari quia pacem venenim mittere in terram: non veni pacem mittere sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filium aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam. Et inimici hominis, domestici eius.*

## QUESTIO I.

*Qualis hac sit, & unde dissensio oriatur?*

§. 1. Ostendit cur difficilis sit illa confessio, quia scilicet multos habet oppugnatores, si enim totus mundus fidem amplecteretur, nihil erat difficultatis, nunc autem pugna & bella oriuntur, non ex intentione Christi, nec Evangelii natura, sed hominum venenitatem resistendum malitia. Et Propheta quidem pacem prædixerant. Isaías 23. & seq. Michas 4.1. & leg. Luc. 2. 14. ita canunt Angeli, & ipsi Apostoli pacis præcones mittuntur, sed pax illa est peccatorum cum Deo & Angelis coniunctio, inter fideles amor, hinc oritur acre bellum, nam sic diabolo & mundo, quæ mala fide possederunt, auferuntur, quæ exigunt, negantur, insurgit itaque impietas ante sopita. Itaque gladius mittitur, hoc est bellum, quia sine bello cedere Dæmon non vult. Non venit ad pacem peculiarem faciendam, deinde non venit ut in bellum concitet, sed tamen hoc consequitur.

§. 2. Gladium alii verbum Dei, alii amorem Dei, filios à parentibus diuidentem interpretantur. Sicetiam hæretici: Beza illa *ἡ συνέσις*, non sine Deo decreto tamen sequi. Decretum est quidem, sed prædicandi Evangelii, non scandali, non mittit pacem qualem mali cum malis habent, sed pacem conscientiarum, & bonorum, scandala dæmon superinducit.

§. 3. Nullum vinculum est, quod Evangelium, si obstat non rumpat, hinc intestinum & plane domesticum bellum. Ita Mich. 6. 7. qui addit: & inimici hominis domestici eius. Verum Propheta agit de corruptis moribus, unde exitum Israelitarum secutum est. Chri-



Christus tamen huc refert; nam tale dissidium in mundo, & tum erat, & nunc quoque est, domesticorum ob religionem rixa. *v. 24.* relata ad maritum sponsa, ad focum nuptiarum dicitur Pax interna, bellum exterum. De pace vide Isaiam 2. 3. 9. & 6. 7. Mich. 4. 1. Ephes. 2. 11.

VERSVS 37.

*Qui amat Patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Et qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.*

QVÆSTIO I.

*Quis amor qui Christo indignum efficit?*

§. 1. Cyprianus Epistol. 26. hac voce nos quasi ad prælium ait excitari. Reuera enim serium est magni imperatoris præceptum: quo nos iubet se sequi, nec villo amore alio abduci permittit. Duos affectus arctissimos filiorum & parentum nominat, qui excendi sunt, si causa Christi agatur: si enim quis ita amat Patrem, aut filiam, ut Christum confiteri nolit, non est ipso dignus ut licet sit discipulus heres regni celorum, itaque non hic consilium perfectio omnia relinquendi, sed præceptum est, nihil Deo antepone. Qui amat Patrem aut matrem, id est, me offendit potius, quam ut matrem aut Patrem relinquat, non est me dignus, vel de discipulatu, vel vita æterna: Lucas habet, qui non odit; non quod verum odium imperet, sed quod maiorem Dei amorem velit, ut si Pater, mater, filius, filia contra Deum agere suadeant, eos fugiat, peccatum detestetur. Verum hac de re alibi commodius.

VERSVS 38.

*Et qui non accipit crucem suam & sequitur me: non est me dignus.*

QVÆSTIO I.

*Quæ crux?*

§. 1. Portabant crucem suam, ad id supplicium damnati, inde dicebantur *duci sub furcâ*, nudi flagellis cedebantur, ut sic procedere cogerentur, si recitarent; stimulis fodiebantur, vrebantur. Cum ergo Christiani alia nulla causa, quam fidei crucem subirent, vult eos sponte eam attollere in humeros. Quod de cruce dicit, id de omnibus afflictionibus dicendum est, si enim tam grande tormentum, multo magis minor ferenda, & in cruce omne genus erat malorum, vitæ personæ, odium, mala mansio, & supplicia præcedentia. *αὐτὸν δὲ* inquit, est à Deo recipere atque admittere, sponte subire & Christum præeuntem sequi.

§. 2. Cum ait *ὁμοῦ με ποῖ* me, Beza existimat, neminem sequi Christum; si eum aliquo cultu in Scriptura non comprehenso prosequatur. Pone, inquit, sequitur me, *αὐτὸν δὲ* *ὁμοῦ με*, ad verbum, retro me, vel post me, ut supra c. 3. 11. Quod certe notandum est, ut qui Deum colunt cultu à se excogitato, intelligant se non sequi Christum, sed illi prave velle. Itaque *ὁμοῦ με* sum interpretatus, Pone me: quia quum Evangelista præter verbum *αὐτὸν δὲ*, addendum aliquid prætere iudicavit, hoc quoque putauimus necessario exprimendum, quod à veteri interprete, & ab Erasmo fuit neglectum. Multi enim se Christum sequi dicunt, quum illi soli sequantur, qui pone sequuntur: si qui illum verbo suo præeuntem possint ostendere.

Quod ad verba attinet, in Latino satis intelligitur, *Dicens* *interpres.* eum qui sequitur, non ante, sed pone sequi. ideo reprehendi non debet interpret, quod verbum non necessarium omiserit, licet etiam emphaseos causa adde-re potuerit. Sequuntur autem Christum non tantum qui verbum eius scriptum obseruant, sed etiam illi, qui ordinem, caerimoniasque in Ecclesia eius consuetas retinent. Nam de talibus ex verbo Dei Ecclesias auditæ iubemur. Ut enim sequatur opus est, eadem gradi viâ. Qui vero in Ecclesia non est, extra viam est. *Nemo Christi* *sequitur, nisi in* *Ecclesia.*

VERSVS 39.

*Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.*

QVÆSTIO I.

*Quid inuenire animam & perdere?*

§. 1. Qui animam suam, hoc est, scriptum inuenit his periculis & doloribus ereptum in tuto collocavit negando, vel non cōfiteo, crucē excutendo, is perdet in futuro sæculo, res amissas, aut penè amissas, cū recuperauim⁹ gaudeamus, & diligentiorē illis custodiam adhibemus, ita qui in carcere vel tribunali negabant, iterum sibi redditū suisque videbantur, gratulabantur anni i, inuēti dicebantur. Videtur allusio ad eos, qui olim per plagium in seruitutem adducebantur, ac deinde inueniebantur ingenti suorum gaudio, sic & hi liberati carceribus, & aliis malis inuenti putabantur. Et contra perditī, qui non inueniebantur; at hitamen inuenti dicuntur in cælo à Deo, & Angelis, aliis perditī; at opinione vulgi perisse putantur qui moriuntur, salui qui euaserunt. Inuenire animam & vitam seruare præsentem.

§. 2. Hic inuentioni animæ tribuitur exitum, perditioni vero salus. Itaque solidè probat Bellarminus lib. 1. de baptismo, cap. 6. martyrio non sola fide salutem acquiri, quod clari⁹ ex Luc. 9. 24. 14. 26. Ioan. 12. 25. probatur. Nam ubi dicitur, qui perdiderit salutem faciet, non est dubium de æterna salute sermo-nem esse.

VERSVS 40.

*Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit.*

41. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ: mercedem Prophetæ accipiet. & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.*

42. *Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigide, tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*

QVÆSTIO I.

*Quæ merces Apostolos recipientibus datur?*

§. 1. Qui sincere & humaniter recipit legatum, & legatam recipit, Christus legatus est Patris, Apostoli Christi, iis ergo recipiendis & Christus & Pater Christi recipitur.

Matthæi 10  
Evangelium  
Cvi  
18



Magna est  
Christi suo  
rum cura.

Hæc eo dicuntur, ut cognoscant Apostoli, quantum sui curam Dominus habeat, cum amicos tam studiose remuneret.

Prima recipientis est dignitas, quod Christum excipiant, quod quomodo fiat, exposuit S. Athanasius. Contra Arianos lib. 4. Quæ enim nostrâ (inquit) sapientia loqueretur; eâ Dominus tanquam propria sibi suis verbis usurpat. Non enim creatur creatrix, sed propter imaginem sui rebus creatis ingentiam, ipsa se creari dicit. Et quemadmodum ipse Dominus locutus est, qui vos excipit, me excipit: eo quod figura eius in nobis sit; ita quoque, tamen si res create id ipsum non sint, quod ille est, tamen ob simulachrum Dei & formulam qua in creatis est, veluti ipse crearetur, ad hunc modum locutionem moderatur, Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua.

In nomine  
Propheta. §. 2. Recipere Prophetam in nomine Propheta, seu ut est in Græco ἐν ὀνόματι προφήτου, in nomen Propheta, hoc est, quia Propheta est; seu ut nunc loquuntur, quatenus Propheta est: non ob alias, qualescunque causas. Marcus c. 9. 41. Quia Christus est.

Merces Pro-  
pheta. §. 3. Mercedem Prophetæ accipiet, cuius propositionis expositiones variae sunt. Quidam enim existimant fore tantam mercedem hospitii, quanta est merces, vel Prophetæ, vel Apostoli. Hoc tamen fieri ordinari non solet; maior est enim merces Apostoli, quam hospitii. Fieri tamen potest, ut tanta fide, charitateque servi Dei recipiantur, ut maior sit excipientis, quam excepti merces. Alii mercedem respondentem dignitati iusti vel Prophetæ. Alii compensationem tantummodo indicant mercedem spiritalem pro carnali beneficio. Commodissima est S. Chrysostomi interpretatio. Mercedem recipere eum, quam par est, recipere illum, qui Prophetam recepit, quia enim Propheta, Apostolo, vel iusto cooperatur, auxiliaturque; præbet, huic ergo labori peculiare decus attribuetur, ut quemadmodum martyri, virgini, doctori sua datur laureola, & singulare donativum, ita quoque eorum adiutoribus, hospitibusque; similis aliqua gloria tribuetur, quæ respondeat mercedi Prophetæ, martyris, doctoris: siue eadem sit specie, gradu distans, siue diversa, sed similis tamen, & affinis eorum sanctorum laureolis.

## QVÆSTIO II.

An merces sit propriè dicta?

§. 1. Valde nolunt mercedem dari heretici, ne sola fides periclitetur. Piscator, [Non est putandum, nos præmia illa quibus Christus nostram erga confessores beneficentiam compensaturus est mereri: quia nimirum appellantur merces, nam merces appellatur per metaphoram κατὰ ἑξουσίαν: quia propriè loquendo ad illam beneficentiam sumus obligati: nec illam debita alacritate præstamus. Et si maxime præstaremus: tamen semper nobis esset fandum, nos esse servos inutiles: fecisse quod debemus facere.]

Merces proprie dicta. Respondeo, mercedem propriè dictam vel hic locis clarissime demonstrat. Merces enim est præmiū constitutum pro operâ impensâ, correlativum meriti scilicet. Ad Mercedem vero pertinet, ut opus quod proponitur fiat, deinde ut sit mercedis promissio facta. Verumque hic inuenitur. Opus est, recipere Prophetam in nomine Propheta, aut iustum quia iustus est. Merces est, merces, Prophetæ, & iusti: itaque merces illa datur operis intuitu; quia vni operi vnus generis, alteri alterius, & sine opere non daretur, non enim datur merces Prophetæ, nisi illi, qui Prophetam recipit.

§. 2. Nec rationes Piscatoris probant esse mercedem κατὰ ἑξουσίαν, abusive sumptam. Quia, inquit, ad illam beneficentiam sumus obligati. Non enim ideo

merces esse definit; quia ad eam obligati sumus. Sine villo præmio Dei servos excipere tenemur, Dei tamen gratuita bonitas præmia constituit, & iureiurando se ad solutionem obligavit, ideoque iam merces facta est.

Argutis porro illis Atheismo, & Tarcismo viam sterni clarum est ex argumentis Socini, & Ostorodii. Qui eodem axioma meritum Christi euertere conantur. Christus enim mandatum moriendi habuit, ideo obediens fuit vsque ad mortem crucis, si obligatus fuit, non igitur merces illi nisi gratuita data fuit, non igitur satisfecit. Itaque ex his respondere Turcis & Samofatenianis Caluinistæ non possunt.

§. 3. Falsum etiam est non aliquando illam operam debita alacritate fieri, quâ Abraham Angelos excipit, quâ Galatæ oculos erueret, & dare Paulo voluissent, nonne eâ caritate recipere valet, vi modum pro Apostolo paratus sit? Quamvis ergo maiore caritate excipere possit, non tamen est peccatum id fieri, vel magnâ, vel etiam mediocri. Nam etiam Christus Dominus certo gradu caritatis, quâ homo est, nos dicitur, non intentione infinita: potuit vero si Deo ita visum esset eam multis modis feruientior em efficere.

§. 4. Nec ideo serui inutiles esse desinimus, quod seruis inutilibus præmium Deus statuit.

## QVÆSTIO III.

An quia calice, aqua frigida rependitur regnum celorum, omni minimo peccato debeatur infernus?

§. 1. Ita apud Bellarminum lib. 1. de amissione gratiæ & statu peccati argumentantur Sectatiles. Responder Bellarminus. Multis modis argumentum hoc precat. Primo, ait, non perdet mercedem, itaque solutum sequeretur: minima non perdere suam pœnam. 2. non aliter sequitur, minimo operi datur merces maxima, ergo minimo peccato pœna aterna. Minimo enim operi dare maximum præmium est ingens liberalitas, minimo peccato maximum pœnam, crudelitas. Denique dare calicem aquæ frigidæ ex caritate, non est minimum opus, sed valde magnum, & meritum vite æternæ, cui opponitur non veniale, sed mortale peccatum.

Obicit Pareus pag. 161. Corrigamus argumentum ut nostrum fiat. Non dare potum frigidum pusillis Christi, meretur mortem æternam, & tamen est leue peccatum. Igitur leue meretur mortem æternam. Propositio probatur. Quia dare potum frigidum, accipit gratuitam mercedem vite æternæ. Si opus valde magnum dare potum frigidum ex caritate, ergo non dare est mortale, quod ei opponitur.

Verum repetit obiectionem à Bellarmino positam, cur non & solutionem? Non sequi, demonstratum est à Bellarmino, Exigua virtutis operi datur merces, vite æternæ, ergo exiguo peccato aterna pœna. Quod si magnum sit opus, ex caritate, non tamen minimus defectus id eoleralis. Magna erat charitas optantis fieri anathema pro fratribus, nec tamen minus ardens amor damna bilis est. sine sumptu Euangelium ponit Apostolus Paulus, virtus heroica est, nec tamen ceteros Apostolos de Euangelio viuentes sui iuris usus damnauit. Poterit non dare potum aquæ frigidæ pusillis Christi, pro necessitate magnitudine grauissimum scelus esse potest, sine necessitate læpèlene est. Itaque non omne peccatum magnum est, quod magna virtuti opponitur, sed quod in propria & magna virtutis materia iustitiam violat. Equidem charitati proximè opponitur odium, unde homicidia, aliaque nascuntur, & eadem opponitur etiam minima verborum aut rerum iniuria.



ria. Qui regnum eripit Imperatori, & qui vnus oboli portio eum defraudat, iniuriam infert, non tamen vniuersum peccatum est magnum, sed maximum in-

uasoris, & tyranni, nec tamen portio fraudantis nullum, sed paruum.

## CAPVT XI.



Factum est, cum consummasset Iesus, precipiens duodecim discipulis suis transiit inde ut doceret, & predicaret in ciuitatibus eorum. 2. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis. 3. ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectemus? 4. Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis. 5. Cæci vident, & claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt pauperes euangelizantur. 6. & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. 7. Illis autem abeuntibus, cepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? 8. Sed quid existis videre: hominem mollibus vestitum: ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. 9. Sed quid existis videre: prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam prophetam. 10. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. 11. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. 12. A diebus autem Ioannis Baptiste vsq; nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 13. Omnes enim Prophetæ, & lex vsq; ad Ioannem prophetauerunt. 14. & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. 15. Qui habet aures audiendi, audiat. 16. Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coequalibus, 17. dicunt: Cecinimus vobis, & non saluastis: lamentanimus, & non planxistis. 18. Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Demonium habet. 19. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis. Tunc cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus facta sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent penitentiam. 21. Vae tibi Carozaim, vae tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone facta essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere penitentiam egissent. 22. Verumtamen dico vobis, Tyro, & Sidone remissus erit in die iudicii, quam vobis. 23. Et tu Capharnaum nunquid vsq; in cælum exaltaberis: vsque in infernum descendes, quia si in Sodomo factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsq; in hanc diem. 24. Verumtamen dico vobis, quia terra Sodomorum remissus erit in die iudicii, quam tibi. 25. In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. 26. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. 27. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. 29. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. 30. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.

Luc. 7. c. 18.

Isa. 35. a. 5. &amp; 61. a. 1.

Luc. 7. c. 14

Mal. 3. a. b. 1.

Marc. 1. a. 2.

Luc. 7. d. 27

Mal. 4. b. 5.

Luc. 10. d. 13

Ioan. 6. c.

46. &amp; 7. d.

28. &amp; 8. b.

19. &amp; 10. c.

15.

Ier. 6. d. 16.

1. lob. 5. a. 2

## IN CAPVT VNDECIMVM

## ARGVMENTVM.



VM ab impio Rege vir sanctissimus Ioannes in vincula coniectus esset, eaque causa populus, & eius discipuli mœrerent, misit ille ex carcere, & ex Domino quaerit: An ille sit promissus in lege Messias? Christus multa miracula faciens, facto, quis sit, ostendit. Deinde turbis Ioannem à vitæ austeritate, sanctitate, constantia: officio, commendat; maiorem omnibus de muliere natis asserit, adeoque Eliam esse. Deinde duris & incredulis exprobrat, quod nec Ioanni, nec sibi crediderint: damnationemque prædicat. Denique fideles, & Ioannis captiuitate tristes consolatur, confitens Patri hæc abscondita à sapientibus & paruulis reuelata: sibi omnia à Patre tradita, omnes ad se inuitat, iugum suum esse suauis, & onus leue. Continet itaque hoc caput Epitaphium Ioannis Baptiste, quo Deus ostendere voluit, quantum ab humano iudicio discreper sententia numinis sui, Iudei Ioannem habere dæmonium calumniabantur, Herodes vt molestum capit, Herodias vt inimicum persequitur; denique velut caput vile pacandæ meretriculæ occiditur, & conuiuiali præcepto in ludibrium. Syrus initio habet, Ad oblationem amputationis capitis Iouachanon, à versu 16. ad 25. secunda feria tertiæ septimanæ ieiunii. Inde ad finem ad vespertum Dominica 2. post Epiphaniam. quam vocat דַּנְעָחָ Dannecha, hoc est, Orientem seu ortum.

Christus factus docet discipulos Ioannis.

## VERSVS